929.342
Su 78p
no. 1

Surrey Record Society.

Number I.

London, July, 1913.



LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY
OF ILLINOIS

504
516
473
501

THE-LIBRARY
OF
FARNHAM-CASTLE
SURREY

FOR-THE-USE-OF
THE-BISHOPS
OF-WINCHESTER

929.342
Su78p
no. 1

Registrum domini Johannis de Pontissara quondam Episcopi Wyntoniensis.[1]

[*Jurisdiction of the Archdeacon of Surrey emanating from William de Ralegh, Bp. of Winchester*, 1244–50, *the second part from Aymer de Lusignan* (*Elect of Winchester*), 1250–62.]

JURISDICTIO ARCHIDIACONI SURREYE.—Universo tam Clero quam populo per Archidiaconatum Surreye constituto Willelmus dei gracia Wyntoniensis Episcopus salutem eternam in domino. Cum super quibusdam jurisdictionis nostre articulis inter nos et magistrum W. de Exonia Archidiaconum Surreye fuisset aliquando tractatum, tandem ita providemus. In primis quod si aliqui de Archidiaconatu Surreye clerici vel laici causas vel actiones contra alios de eodem Archidiaconatu habeant, eas prout magis elegerint, coram Archidiacono vel officiali nostro instituant et exerceant, nisi prius coram Archidiacono mote fuerint. Quo casu ab eo non transferantur, nisi per negligenciam vel appellacionem. Item omnis actio, accusatio, questio que deposicionem clericorum seu privacionem beneficiorum principaliter et originaliter induceret, sive sit ob grave crimen, sive ob aliud qualecunque factum nobis specialiter reservetur dum tamen directe agatur vel per inquisicionem manifestetur. Item si agatur de ecclesia vel Capella edificanda vel demolienda seu adjudicanda aut de limitibus parochiarum declarandis vel constituendis seu personatu aut vicaria aut de pensione seu censu ecclesiis imposito vel imponendo predictorùm discussionem et diffinicionem nobis specialiter reservamus. Visitaciones eciam correctiones et reformaciones locorum religiosorum et Religiosarum personarum inter septa suorum monasteriorum et locorum ad nos et officialem nostrum pertinebunt, debita et consueta visitacione ecclesiarum parochialium Archidiacono et suis . . . officialibus reservata. Set speciali vero gracia nostra concessimus Archidiacono memorato quod omnes causas matrimoniales, ubi laboribus litigancium parcatur et expensis, audiat tractet et terminet.

Ita tamen quod si divorcio aliqua personarum facienda sit,

[1] Facing the notes on the Archidiaconal Jurisdiction which are written on the opposite page. These have been bound in with the Register, but are quite distinct from it.

May Smith 1 Nov. 44
Cleveland Pub. Lib. 24 no. 1-8 1913-16 cont
24 My 44

tunc Archidiaconus vel ejus officialis causam ipsam instructam ad officialem nostrum remittat terminandam misericordia Archidiaconi reservata si debeatur. Item sequestraciones ecclesiarum morte vel resignacione vacancium et omnia emolumenta vacacionum dum ecclesie vacaverint concessimus Archidiacono memorato, Hoc salvo quod si aliqua ecclesiastica persona decesserit intestata, bonorum ejusdem intestati disposicio ad nos pertinebit, propter quod volumus et precipimus quod quociens aliqua Ecclesiastica persona decesserit, bonis ipsius primitus sequestratis siqui sunt qui proponunt defunctum condidisse testamentum, ad nos vel officialem nostrum transmittant ad id testamentum probandum ut ex evidencia illius probacionis appareat, an disposicio bonorum defuncti ad nos vel ad defunctum debeat pertinere. Ceteris bonis ex beneficio defuncti post mortem ipsius provenientibus ad disposicionem Archidiaconi dum vacaverit beneficium pertinentibus, salvis ministeriis ecclesie debitis et necessariis stipendiis et expensis. Quociens autem ecclesie vel ecclesiastica beneficia clericorum ex culpa vel contumacia vel aliis qualibuscunque causis legitimis per nos fuerint sequestrata, dicta sequestura et emolumenta de eisdem provenientia per . . . decanos locorum diligenter observentur et fideliter, nobis que vel . . . officialibus nostris de eis respondeant. Aliis omnibus nostram episcopalem jurisdictionem specialiter contingentibus nobis penitus reservatis. Datum apud Suthwerk. xv^{mo}. Kalend. Martii Anno Domini Millesimo cc^{mo}. xl^{o}. septimo. Translacionis nostre anno quarto.

[*Two marginal notes in a very minute hand appear to refer to the rulings of the 'Elect of Winton' below. The ink is so faint that they are practically illegible.*]

Ordinacio super materiam jurisdictionis in Archidiaconatu Surry inter Episcopum Winton et Archidiaconum Surry :[1]

Anno gracie M^{o}. CC^{mo}. L^{o}. quarto, die Sabbati proximo post festum Sancti Johannis Baptiste. Cum magister Walterus de Exonia Archidiaconus Surreye domini Pape Capellanus in venerabilis patris domini Adomari Dei gracia Wyntoniensis Electi presencia constitutus custodiam ecclesiarum vacantium Archidiaconatus sui cum earundem emolumento, cogniciones et decisiones causarum matrimonialium et omnium aliarum ecclesiasticarum, Abbatum [et] Priorum installaciones, hospitalium visitaciones, inquisiciones excessuum et correctiones eorundem, probaciones testamentorum clericorum

---

[1] Margin : in a later hand.

Surrey Record Society.

Of the two Numbers issued herewith that consisting of Surrey Wills *is published in respect of the* 1914 Subscription.

The volume of Winchester Registers, *which includes two parts bound in one, continuing this Society's First Number, is published as an* Extra Number. *It is to be noted that this is issued by arrangement with the* Canterbury and York Society, *which is the responsible Editor and Publisher.*

A Number taken from the Chertsey Cartulary *is to be issued in October in respect of the year* 1915, *to all Members whose Subscription is paid up to date.*

It has become possible to take up again the Extra Number *consisting of* Carshalton Court Rolls: *this is now in hand.*

September, 1915.

decedentium ad se Archidiaconatus sui nomine assereret pertinere, ac se et predecessores suos in predictorum omnium possessione pacifica exstitisse, prefatus Electus non ad ipsum Archidiaconum sed ad se diceret jure episcopali omnia predicta spectare, negans dictum Archidiaconum in eorum possessione pacifica esse vel fuisse; tandem ne asperciones hinc inde in lites erumperent, mediantibus discretis viris de consensu partium eorundem provisum est, quod omnis fructus et proventus ecclesiarum vacancium in dicto Archidiaconatu et bona intestatorum clericorum inter eundem electum et Archidiaconum equaliter dividantur, et quilibet partem suam colligi faciat per quem sibi videbitur expedire. Item quod cogniciones causarum matrimonialium et decisiones earundem extra sententiam divorcii ad Archidiaconum pertineant, si ad eum primo pervenerint. Si vero ad ipsum Electum vel officialem suum de ipsis primo fuerit perlata querela, de ipsis cognoscat, et eas terminet diffinitive, prout dictaverit ordo juris. Item quod Abbatum et Priorum installaciones sui Archidiaconatus ad ipsum Archidiaconum pertineant exceptis de Novo loco et beate Marie de Suthwerk. Prioratibus qui de advocatione Episcopi Wynton. existunt, hospitalium visitationibus et omni jurisdictione eorundem, excepto si extra scepta sua vel scepta maneriorum suorum contrahant vel delinquant, predicto Electo remanentibus. Item quod inquisiciones excessuum et correctiones eorundem ad dictum Archidiaconum pertineant, hoc tamen salvo quod predictus Electus et sui successores inquisiciones faciant et correctiones excessuum in dicto Archidiaconatu cum sibi viderint expedire. Inquisicionibus et excessuum correctionibus ab Archidiacono inchoatis et eciam prius rite factis per dictum Electum successores suos vel ipsorum officiales minime acceptandis. Probaciones vero testamentorum clericorum ad ipsum Electum pertinebunt: simplices vero querele que ad Archidiaconi audienciam non pervenerint si actores maluerint ad jurisdictionem Episcopi libere differant. Querele vero simplices que ad Archidiaconum pervenerint absque apparente negligencia vel recusatione ejusdem ad audienciam Electi minime transferantur, Causis in quibus directe ad privacionem vel amocionem officii vel beneficii agitur, eidem Electo totaliter et specialiter reservatis. In cujus rei testimonium huic scripto tam dictus Electus quam dictus Archidiaconus sigilla sua apposuerunt, hiis presentibus dominis et magistris, Abbate de Belloloco, Egidio Decano Wellensi, Galfrido Precentore Cicestrensi, R. Thesaurario Sarum, P. Archidiacono Wynton., J. Dekadamo, Johanne de Liek et Petro de Sancto Mario.

[Fo. 1a.]

ANNO CONSECRACIONIS DOMINI J. WYNTONIENSIS PRIMO.[1]—Registrum domini Johannis dei gracia Episcopi Wyntoniensis in spiritualibus, Incipiens anno Domini m^mo^. cc^mo^. Octogesimo secundo. Consecracionis sue primo.

[*Dec. 22. Institution of Thomas de Anne to the Vicarage of Amport, on the presentation of the D. and C. of Chichester.*]

INSTITUCIO VICARIE DE ANNE.[2]—Johannes dei gracia Wynton. episcopus dilecto filio . . . Archidiacono Wynton. vel ejus Officiali salutem graciam et benedictionem. Quia ad presentacionem discretorum virorum . . . Decani et Capituli Cycestrie dilectum in Christo filium dominum Thomam de Anne presbiterum ad Vicariam de Anna Porth. vacantem, salva pensione annua quindecim marcarum eisdem . . . Decano et Capitulo inde debita et consueta admisimus et ipsum instituimus in eadem intuitu caritatis: vobis mandamus quatinus eundem dominum Thomam in corporalem possessionem dicte Vicarie cum omnibus suis pertinenciis receptis presentibus inducatis. Data apud Sutton xi^o^. Kalend. Januarii. anno Consecracionis nostre primo.

[*Jan. 9. Collation of John de Makeneye to the Rectory of Highclere.*]

COLLACIO ECCLESIE DE ALTA CLERE JOHANNI DE MAKENEYE SUBDIACONO. N.[3]—Johannes [etc.] dilecto filio Johanni de Makeneye subdiacono salutem [etc.]. Ecclesiam de Alta Clera vacantem et ad nostram collacionem spectantem, tibi conferimus intuitu caritatis, et te Rectorem canonice instituimus in eadem. In cujus rei testimonium presentes litteras tibi duximus concedendas. Data apud Brichwell. v. Idus Januarii. Anno Domini m^o^. cc^o^. Octogesimo secundo. Consecracionis nostre primo.

[*Jan. 1. Presentation of Nicholas de Pecham to the Rectory of Wroughton, Wilts.*]

PRESENTACIO NICHOLAI DE PECHAM AD ECCLESIAM DE ELYNDON.—Anno Dni. m^o^. cc^o^. octogesimo secundo In festo Circumcisionis Domini apud Weregrave presentavit dominus Episcopus dominum Nicholaum de Pecham diaconum ad Ecclesiam de Elyndon domino . . . Episcopo Sarum [*sic*].

---

[1] In a running sixteenth or seventeenth century hand 'Johan. de Pontessara A^o^. Dni. Milless. Ducent. Octogesimo Secundo'.

[2] The headings are rubricated throughout this part of the Register.

[3] A capital N is occasionally placed at the end of the rubricated heading. It may stand for *Nota*, calling attention to the entry.

[*Feb. 2. Collation of Ymbert de Yenna to the Rectory of Brightstone, I. W., vacant by the resignation of Hugh le Brun.*]

COLLACIO ECCLESIE DE BRISTESTON YMBERTO.—Anno eodem apud Weregrave in festo Purificationis beate Virginis contulit dominus Episcopus ecclesiam de Bristeston domino Ymberto de Yenna vacantem per spontaneam resignacionem Hugonis le Brun, et habuit litteras directas . . . Officiali suo.

[*Feb. 28. Collation of Peter de Guldeford to the Rectory of Crondall vacant by the resignation of James de Hispania.*][1]

CROUNDALE.—Anno gracie m°. cc°. Octogesimo secundo ij. Kalendas Marcii apud Taunton contulit dominus Episcopus domino Petro de Guldeford ecclesiam de Crondale vacantem per resignacionem domini Jacobi de Yspania.

[*Apr. 6. Collation of Robert de Camera to the Vicarage of Eastmeon.*]

COLLACIO VICARIE DE ESTMENES DOMINO R. DE CAMERA.—Anno domini m°. cc°. Octogesimo tertio viij. Idus Aprilis contulit dominus Episcopus Vicariam de Estmoenes domino Roberto de Camera diacono.

[*Apr. 19. Collation of Hugh the Chaplain to the Vicarage of Maplederham.*]

ITEM COLLACIO VICARIE DE MAPELDERHAM DOMINO HUGONI CAPELLANO ETC. N.—Item anno domini m°. cc°. Octogesimo tertio Consecracionis domini primo. xiii°. Kalendas Maii. contulit dominus episcopus vicariam de Mapelderham domino Hugoni Capellano.

[*June 14. Custody of the Rectory of Warblington granted during pleasure to William de Uleburigg, King's Clerk.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE WARBLINGTON TRADITA DOMINO WILLELMO DE ULEBURIGGE.—Anno dni. m°. cc°. Octogesimo tertio xviij°. Kalendas Julii apud Harewell tradidit dominus episcopus custodiam ecclesie de Warblington domino Willelmo de Uleburige illustris Regis Anglie clerico, quousque eandem custodiam ab eodem duxerit revocandam.

[*June 11. Collation of Nicholas de Montimer, Queen's physician, to Rectory of Crondall.*]

CRONDALE.—Anno gracie m°. cc°. Octogesimo tertio die Sancti Barnabe Apostoli apud Harewell contulit dominus Episcopus ecclesiam de Crondal vacantem magistro Nicholao de Montimer medico illustris Regine Anglie.

---

[1] See below, folios 61b, 62.

[*Feb. 22. Collation of Peter de Guldeford at St. Alban's in public to Rectory of Crondall.*[1]]

CRONDALE.—Item anno consecracionis domini primo die Martis post festum sancti Petri in Cathedra apud Sanctum Albanum contulit dominus ecclesiam de Crondale domino Petro de Guldeford capellano in presencia multorum.

SECUNDO.

[[2] *June 30. Admission of William de Hochton to Vicarage of King's Somborne.*]

VICARIA DE SUMBURNE.—Anno gracie m°. cc°. Octogesimo tertio Consecracionis domini anno secundo in Commemoracione Sancti Pauli apud Brichwelle admisit dominus Episcopus dominum Willelmum de Hochton presbiterum ad Vicariam de Sumburn vacantem ad presentacionem Religiosorum virorum Prioris et Conventus de Motesfunte sue Diocesis.

[*July 2. Collation of Simon de Vayons to Priory of the Hospital of St. John, Fordingbridge.*]

COLLACIO PRIORATUS HOSPITALIS SANCTI JOHANNIS DE FORDINGBRIGGE.—Anno gracie m°. cc°. octogesimo tertio Consecracionis domini secundo vj°. Non. Julii apud Brichwell Contulit dominus episcopus Simoni de Bayons clerico Prioratum Hospitalis sancti Johannis ad pedem pontis de Fordingbrigge vacantem et ad suam collacionem spectantem.

[*July 10. Instruction to the Bishop's official to admit Thomas de Brayles to the Vicarage of Eastmeon.*]

PRECEPTUM DOMINI OFFICIALI SUO QUOD IPSE ADMITTERET TH. DE BRAYLES AD VICARIAM.—Anno gracie m°. cc°. Octogesimo tertio Consecracionis domini secundo vj°. Idus Julii apud Brichwell precepit dominus Episcopus . . . Officiali suo per litteras ut ipse admitteret Thomam de Brayles Diaconum ad Vicariam Estmene, recepto prius juramento de personali residencia in eadem.

[*July 15. Collation of Geoffrey de Farham, the Bishop's clerk at Wolvesey, to the Rectory of Woodhaye.*]

COLLACIO ECCLESIE DE WILHAYE GALFRIDO DE FARHAM CLERICO SUO DE WOLVESEYE.—Anno dni. m°. cc°. Octogesimo tertio Consecracionis domini Anno Secundo Idus Julii apud Essere

---

[1] A note on this double collation of Crondall will appear below. See folios of the Register 61b, 62, and Wilkins' *Concilia* ii. 94.

[2] Beginning of the Bishop's Second Year.

Contulit dominus Episcopus Ecclesiam de Wilhaye vacantem et ad suam collacionem spectantem Galfrido de Farham Clerico suo de Wolveseye.

[Fo. 1b.]
[*Aug. 1. Admission of Thomas de Brayles to the Vicarage of Easton.*]

[Rubricated heading omitted].[1]—Item apud Essere in Kalendis Augusti. Anno gracie m°. cc°. Octogesimo tertio. Consecracionis domini secundo, admisit dominus Episcopus dominum Thomam de Brayles ad vicariam de Eston ad presentacionem magistri Radulfi de Frinningham Rectoris ejusdem.

[*July 25. Confirmation by special favour to Gerard de Staunden of the* commenda *of the Church of Mordon promised him by Bp. Nicholas before pluralities had been made illegal by the Council of Lyons.*[2]]

MORDON.—Johannes permissione divina Wynton. Episcopus dilecto filio Magistro Gerardo de Staunden presbitero salutem [etc.]. Tua et tuorum merita recensentes inducimur tibi graciam facere specialem. Hinc est quod commendam ecclesie de Mordon nostre Diocesis dudum per bone memorie Nicholaum predecessorem nostrum ante Lugdunense concilium canonice ut asseris tibi factam ratam habemus et acceptam, eandem sicut rite facta est auctoritate ordinaria confirmantes. In cujus rei testimonium etc. Data apud Essere viij°. Kalendas Augusti Anno gracie m°. cc°. octavo tertio Consecracionis nostre secundo.

[*July 31. Custody of the Church of Cranleigh committed to Robert de Cumbe for six months.*]

CUSTODIA DE CRANLE.—Item apud Suwerk ij°. Kalendas Augusti. Anno gracie m°. cc°. octogesimo tertio. Consecracionis domini secundo. commisit dominus custodiam ecclesie de Cranlee usque ad spacium semestris magistro Roberto de Cumbe.

[*Aug. 3. Admission of Richard de Lecford to the Rectory of Bonchurch.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE BONECHIRCH.—Item iiij°. Nonas Augusti apud Farenham Anno Consecracionis domini secundo admisit Episcopus dominum Ricardum de Lecford presbiterum ad ecclesiam de Bonecherch vacantem et ad presentacionem domini Johannis de Insula militis spectantem.

[1] In this and similar cases a marginal note has been inserted in a later running hand to assist reference.

[2] Held under Pope Gregory X, 1274.

[*Aug. 3. Admission of Edmund de Insula to the Chaplaincy of Woileton.* (?)]

WOYLETON.—Item eodem die admisit Edmundum de Insula clericum ad capellaniam de Woileton vacantem et ad presentacionem ejusdem militis spectantem.

[*Aug. 16. Admission of Walter de Wynton to the Chapel of Standon.*]

ADMISSIO AD CAPELLAM DE STAUNDON.—Item anno gracie m°. cc°. octogesimo tercio Consecracionis domini secundo in crastino Assumptionis beate Marie admisit dominum Walterum de Wyntonia presbiterum ad capellam de Standon vacantem et ad presentacionem domini Thome de Every militis spectantem.

[*Jan. 31. A renewal of the Collation of the Rectory of Nursling made to John le Flemang by Bishop Nicholas in recognition of services rendered to him in the Roman Court, with dispensation as to firstfruits.*]

ITERATA COLLACIO ECCLESIE DE NUTESILLINGE MAGISTRO JOHANNI LE FLEMANG FACTA. N.—Johannes dei gracia Wyntoniensis episcopus dilecto filio Magistro Johanni le Flemang clerico et familiari nostro salutem [etc.]. Cum dudum in servicio bone memorie Nicholai predecessoris nostri episcopi Wynton. in Curia Romana perstiteris propter quod non fueris infra annum a tempore collacionis ecclesie de Nutsellinge curam animarum habentis annexam tibi per ipsum predecessorem nostrum collate in presbiterum ordinatus: Nos probitatis tue merita attendentes iteratam collacionem ecclesie antedicte per eundem predecessorem nostrum ex causa hujusmodi canonice ut dicitur tibi factam ratam habemus et firmam. Si qua autem hujusmodi collacio iterata ecclesie supradicte ut premittitur tibi facta non fuerit, eandem ecclesiam cum omnibus juribus et pertinenciis suis de novo de gracia conferimus speciali. Et super fructibus post annum a tempore prime collacionis ecclesie sepedicte perceptis tecum misericorditer dispensamus. Data apud Weregrave ij°. Kalendas Februarii anno gracie m°. cc°. octogesimo secundo. Consecracionis nostre secundo.

[*Aug. 31. Admission of Henry de Sparsholt as Canon of Titchfield.*]

ADMISSIO FRATRIS HENRICI DE SPERSOLTE CANONICI DE TYCHEFEUD.—Item apud Essere ij°. Kalendas Septembris anno gracie m°. cc°. octogesimo tercio. Consecracionis domini secundo. admisit episcopus fratrem Henricum de Spersolte canonicum de Tychefeud ad presentacionem . . . Abbatis et Conventus dicti loci.

[*Sept. 9. Ratification of Gerard de Standon's appointment to Mordon above mentioned, the original grant of the late Bishop, Nicholas of Ely, being recited from his Register.*]

MORDONE.—J. dei gracia etc. dilecto filio magistro Gerardo de Standon Rectori ecclesie de Mordon salutem [etc.]. Tua et tuorum

merita recensentes inducimur tibi graciam facere specialem. Hinc est quod cum bone memorie N[icholas] predecessor noster dictam ecclesiam de Mordon nostre diocesis tibi dudum canonice ante Lugdunense Concilium tuo perpetuo duxerit commendandam prout in literis suis super hoc confectis et in ipsius Registro registratis plenius vidimus contineri quarum tenor talis est. N. dei gracia Wyntoniensis episcopus dilecto in Christo filio magistro Gerardo de Standon clerico salutem [etc.]. Cum viri Religiosi Abbas et Conventus Westmonasteriensis veri patroni ecclesie de Mordon te nobis ad ecclesiam ipsam vacantem per mortem Magistri Willelmi de Brokesburn dudum Rectoris ejusdem canonice presentaverint, nos ipsius ecclesie utilitatem et tuorum exigenciam meritorum attendentes et preterea volentes tibi graciam facere specialem, eandem ecclesiam cum pertinenciis ejus tibi auctoritate pontificali commendamus tuo perpetuo possidendam. In cujus rei testimonium etc. Data apud Suwerk xj°. Kalendas Septembris anno gracie m°. cc°. septuagesimo tertio. Nos vero predictam commendam sic tibi rite factam ratam habentes et acceptam auctoritate ordinaria confirmamus. In cujus rei testimonium etc. Data apud Essere v. Idus Septembris. anno gracie m°. cc°. octogesimo tertio.

[Fo. 2a.]

[*October 25. Collation of John de Northwolde as cellarer of St. Swithun's, Winchester.*]

JOHANNI NORTHWOLDE.—Item anno domini m°. cc°. octogesimo tertio. Consecracionis sue secundo. die Lune proximo ante festum Apostolorum Simonis et Jude apud Farnham dominus [contulit] Johanni de Nortwold officium vacans per mortem Willelmi Gluais in Cellario Conventus Sancti Swithuni Wynton.

[*Oct. 28. Admission of Robert de Puteo to the Rectory of St. Cross, Southampton.*]

ECCLESIA SANCTE CRUCIS SUTHAMPTON.—Item anno domini m°. cc°. octogesimo tertio. Consecracionis domini Episcopi secundo v. Kalendas Novembris apud Farenham admisit dominus episcopus predictus Robertum de Puteo clericum ad ecclesiam Sancte Crucis de Suthampton vacantem et ad collacionem Religiosorum virorum . . . Prioris et Conventus Sancti Dionisii juxta Suthampton spectantem.

[*Oct. 30. Collation of John de Wynford to the Vicarage of Whitchurch.*]

COLLACIO VICARIE DE WYTECHERCH DOMINO JOHANNI DE WYNFORD.—Item eodem anno iij°. Kalendas Novembris apud Weregrave contulit dominus episcopus domino Johanni de Wynford

capellano vicariam de Wytchirch vacantem et ad suam collacionem spectantem.

[*Nov. 29. Admission of John, son of Thomas de Widihull, to the Rectory of Warlingham with the Chapelry of Chelsham.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE WALLYNGHAM. B.—Item anno domini m°. cc°. octogesimo tertio. iij°. Kalendas Decembris apud Wolvesey admisit dominus Johannem filium Thome de Wydihull ad ecclesiam de Wallingham cum capella de Chelesham vacantem et ad presentacionem Religiosorum virorum . . . Prioris et Conventus de Bermondeseye spectantem.

[*Dec. 1. Collation of Adam de Nieuburi to the Vicarage of Hurstbourne.*]

COLLACIO VICARIE DE HUSSEBURNE DOMINO ADE DE NEUBURI.—Item anno domini m°. cc°. octogesimo tercio. in crastino Sancti Andree Apostoli apud Wolvesey contulit dominus episcopus vicariam de Husseburne sue diocesis vacantem et ad ejus collacionem spectantem domino Ade de Nieuburi capellano.

[*1284, Jan. 6. Admission of William de Wydehaye to the Rectory of Over Wallop.*]

WALLOP SUPERIOR.—Item anno gracie m°. cc°. octogesimo tercio in die Epiphanie domini admisit dominus episcopus Willelmum de Wydehaye capellanum ad ecclesiam de Wallop superiori vacantem.

[*Jan. 21. Admission of Walter de Stoteford to the Rectory of Horley.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE HORLEE.—Item anno domini m°. cc°. octogesimo tercio. xij Kalendas Februarii apud Lyncoln admisit dominus episcopus Walterum de Stoteford capellanum ad ecclesiam de Horleye vacantem, et ad collacionem Abbatis et Conventus de Certeseye spectantem.

[*Jan. 30. Assignment of an annual Pension of twenty marks to Robert Typcot, clerk.*]

PENSIO XX MARCARUM.—Item anno domini m°. cc°. octogesimo tertio. Consecracionis domini Episcopi secundo [apud] Lincoln iij°. Kalendas Februarii dedit dominus Episcopus predictus Roberto Typecot clerico xx. marcas annue pensionis percipiendas de Camera sua singulis nnis.

[*Feb. 17. Admission of Nicholas de Bynsindon to the Vicarage of Chilworth.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE CHELEWORTH.—Item anno gracie m°. cc°. octogesimo tertio. Consecracionis domini Episcopi secundo. xiij. Kalendas Marcii apud Farham admisit dominus episcopus predictus Nicholaum de Bynsindon capellanum ad vicariam ecclesie de

Cheleworth vacantem et ad presentacionem Religiosorum virorum . . . Prioris et Conventus sancti Dionisii juxta Suthampton spectantem.

[*Feb. 18. Admission of Walter de Iseldon to the Vicarage of Egham.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE EGEHAM.—Item anno domini m°. cc°. octogesimo tercio. Consecracionis episcopi secundo xij°. Kalendas Marcii apud Farham admissus fuit dominus Walterus de Iseldon capellanus ad Vicariam de Egeham vacantem et ad presentacionem . . . Religiosorum virorum Abbatis et Conventus de Certeseye spectantem.

[*Feb. 22. Collation of Walter de Symions the Bishop's clerk to the Rectory of St. James outside the gate of Winchester.*]

COLLACIO ECCLESIE BEATI JACOBI EXTRA PORTAM WYNTON.—Anno domini supradicto in Cathedra sancti Petri contulit dominus Episcopus Waltero de Symions clerico suo ecclesiam beati Jacoby extra portam Wynton vacantem, et ad suam collacionem spectantem.

[*Mar. 6. Custody of the Rectory of Titsey entrusted to Salomon de Roffa, the presentee being a minor.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE THYCHESEYE. N.—Item anno domini supradicto ij°. Nonas Martii. apud Byterne commisit dominus Episcopus domino Salomoni de Roffa custodiam ecclesie de Tycheseye vacantem ad quam ecclesiam presentatus fuit Johannes de Haule clericus. Et quia erat minor annis nomine ipsius commisit dicto Salomoni episcopus custodiam.

[*Mar. 6. The custody of the Priory of Ellingham entrusted in the absence of the Prior abroad without leave to the Vicar of Ellingham.*]

CUSTODIA PRIORATUS DE ELYNGHAM.—Item dictis die et loco proxime supra notatis scripsit dominus Episcopus Decano de Ford ut ipse auctoritate sua committeret custodiam prioratus de Elyngham . . . Vicario de Elyngham pro eo quod Prior recessit ab eodem et adiit partes transmarinas illicenciatus.

[*March 13. The Bishop inspects the presentation made by his predecessor of the Rectory of Fawley with the Chapel of Exbury to Nicholas de Audeby.*]

ANNO CONSECRACIONIS NOSTRE SECUNDO DIE LUNE POST OCULI MEI[1] APUD FARNHAM LITTERAM QUE SEQUITUR VIDIMUS NON ALIQUA PARTE VICIATAM.—Nicholaus dei gracia Wyntonie

---

[1] 'Oculi mei', the first words of the Introit for the Mass on the 3rd Sunday in Lent.

Episcopus dilecto in Christo filio Nicholao de Audeby salutem in domino. Attendentes tue probitatis merita ac te nobis et ecclesie nostre Wyntoniensi in futurum posse prodesse Ecclesiam de Faleleye cum capella de Emkesburi et cum omnibus juribus et privilegiis suis per cessionem magistri Nicholai de Bokeland vacantem et ad nostram donacionem spectantem tuo perpetuo tenore presencium commendamus. In cujus rei testimonium etc. Data apud Merewelle iij°. Kalendas Januarii anno domini m°. cc°. lxxij°. Consecracionis nostre anno quinto.

[*1283, September 19. Resignation of Richard de Bykeleswad, Master of the Hospital of St. Thomas, Southwark.*]

SUWERK.—Venerabili in Christo patri domino J. dei gracia Wyntoniensi episcopo frater Ricardus de Bykeleswad Magister Hospitalis beati Thome Martiris de Suwerk salutem etc. A sollicitudine mundana exui desiderans juxta posse domum Hospitalis in vestre sancte paternitatis manibus cum omnibus suis juribus et pertinenciis libera et voluntate spontanea resigno per presentes. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus apposui. Data apud Essere die dominica proxima post translacionem sancti Cuthberti Anno domini m°. cc°. lxxx^mo^. tertio.

[Fo. 2b.]

[*1279, Jan. 26. Confirmation by the Bishop of a* Commendam *to the Rectory of Earl's Worthy granted by his predecessor to Master Hugh Tripacy, Rector of Long Ditton, the patrons having presented an unsuitable person.*]

CONFIRMACIO COMMENDE FACTE MAGISTRO HUGONI TRIPACY. —Johannes permissione [divina] Wyntoniensis Episcopus dilecto in Christo filio magistro Hugoni Tripaci Rectori ecclesie de Langeditton salutem [etc.]. Probitatis tue merita recensentes, inducimur tibi graciam facere specialem. Hinc est quod cum bone memorie Nicholaus predecessor noster te in dicta ecclesia de Langeditton canonice instituerit et ecclesia de Wordy Comitis, vice et auctoritate dicti predecessoris nostri per magistrum N. de Bokeland tunc Officialem et vicarium suum, ipso predecessore tunc temporis in partibus transmarinis agente, tibi commendata fuerit, prout in eorum litteris super hoc confectis et in ipsius registro registratis vidimus plenius contineri, quarum tenores tales sunt. Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint, Nicholaus permissione divina Wyntoniensis ecclesie minister salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod nos ecclesiam de Langeditton que est de patronatu Religiosorum virorum Prioris et Conventus de Merton cujus collacio auctoritate generalis consilii ad nos fuerit devoluta, eo quod iidem Religiosi inhabilem nobis

presentaverint ad eandem dilecto nobis in Christo magistro Hugoni Tripaci clerico nostro cum omnibus ad eandem spectantibus caritatis intuitu contulimus ipsumque Rectorem canonice instituimus in eadem. Salva dictis Religiosis annua pensione xx solidorum debita de eadem. In cujus rei testimonium etc. Data apud Essere vij. Kalendas Februarii. anno Domini m°. cc°. lxxix°.

[*1274, Ascension Day. Formal appointment of Hugh Tripacy by the Official of Bp. Nicholas acting in his place while he was abroad.*]

LITTERA OFFICIALIS WYNTONIE SUPER EODEM.—Nicholaus de Bokeland Officialis Wyntonie gerens vices venerabilis patris domini Nicholai dei gracia Wyntoniensis Episcopi in partibus transmarinis agentis dilecto sibi in Christo magistro Hugoni Tripaci clerico salutem in domino. Attendentes merita tue probitatis que te gracie dignum reddunt ecclesiam de Wordi Comitis parochialem curam habentem animarum et annexam vacantem et ad collacionem dicti domini nostri episcopi spectantem vice et auctoritate dicti domini nostri episcopi tibi de gracia speciali tuo perpetuo concedimus et conferimus commendatam. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo consistorii Wyntoniensis firmatas tibi fecimus patentes. Data Wyntonie die Asensionis Domini. Anno domini m°. cc°. lxxiiij°.

[*1274, September 15. Testimonial letter of Nicholas formerly Bishop of Winton.*]

LITTERA DOMINI NICHOLAI QUONDAM WYNTONIENSIS EPISCOPI TESTIMONIALIS.—Universis sancte matris ecclesie filiis etc. Nicholaus permissione divina Wyntoniensis ecclesie minister salutem in domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod collacionem factam de ecclesia de Wordi Comitis quam magister Nicholaus de Bokeland Officialis noster et Vicarius cui specialem et plenariam potestatem conferendi omnia beneficia ad nos qualitercunque spectantia nobis in transmarinis partibus agentibus concessimus magistro Hugoni Tripaci clerico nostro vice et auctoritate nostra suo perpetuo possidendam commendavit: Attendentes grata servicia dicti Magistri Hugonis que nobis et ecclesie nostre impendit et ipsius merita probitatis predictas collacionem et commendam approbamus et ratificamus ac eciam tenore presencium confirmamus. In cujus rei testimonium etc. Data apud Sutton die Lune proximo post festum exaltacionis sancte Crucis. Anno domini m°. cc°. septuagesimo quarto. Nos vero predictas institucionem et commendam sic tibi rite factas ratas habentes et acceptas auctoritate ordinaria confirmamus. In cujus rei testi-

[*1274, Palm Sunday.*]

monium etc. Data apud Wotton Dominica in ramis Palmarum. Anno gracie m°. cc°. Octogesimo quarto. Consecracionis nostre secundo.

[*May 10. Collation of Robert de Bukenhulle to the Rectory of Chilbolton.*]

COLLACIO ECCLESIE DE CHILBOLTON ROBERTO DE BUKENHULLE CLERICO.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio Roberto de Bukenhull clerico salutem [etc.]. Ecclesiam de Chilbolton vacantem et ad nostram collacionem spectantem caritatis intuitu tenore presencium tibi conferimus et te Rectorem instituimus in eadem. In cujus rei testimonium etc. Data apud Kaernervon x°. die Maii m°. cc°. octogesimo quarto. Consecracionis nostre secundo.

[*July 10. Custody of the Rectory of South Tidworth and of a minor presented thereto entrusted to William de Combe, Chaplain.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE TUDEWORTH TRADITA DOMINO WILLELMO DE COMBE CAPELLANO.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio Willelmo de Combe capellano nostro salutem [etc.]. Attendentes circumspectionem tuam in temporalibus et quod zelum geras animarum Custodiam ecclesie de Tudeworth et dilecti in Christo filii Thome de Doun minoris ad eandem presentati donec de eodem Thoma aliud ordinaverimus tenore presencium tibi committimus. In cujus rei testimonium etc. Data apud Merdon. vj. Idus Julii. Anno Consecracionis nostre tertio.

[*July 18. Admission of Godfrey the Chaplain to the Vicarage of Hurstbourne.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE HUSSEBURN.—Item anno domini m°. cc°. Octogesimo quarto. xv. Kalendas Augusti admisit dominus episcopus dominum Godefridum Capellanum ad Vicariam de Husseburn vacantem.

[*July 24. Admission of John de Candevere to the Rectory of Swarraton by his proctor before Ordination.*]

ADMISIT DOMINUS EPISCOPUS JOHANNEM DE CANDEVERE AD ECCLESIAM DE SAREWETON VACANTEM.—Item anno domini supradicto, die Martis proximo post festum sancte Marie Magdalene admisit dominus episcopus Johannem de Candevere ad ec-
[Fo. 3a.] clesiam | de Sareweton vacantem et ad presentacionem . . . Prioris Hospitalis Jerosolimi in Anglia spectantem. Et admissus fuit per procuratorem suum scilicet Willelmum dictum le Boteler clericum, nec dictus Johannes fuit tunc infra sacros.

TERTIUS.

[*July 18. In the third year of the Bishop's Consecration he admitted Geoffrey de Rupibus to the Rectory of Ellisfield.*]

ANNO CONSECRACIONIS DOMINI EPISCOPI TERTIO ADMISIT IDEM EPISCOPUS GALFRIDUM DE RUPIBUS AD ECCLESIAM DE ULSEFELD.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio . . . Archidiacono Wynton vel ejus Officiali salutem etc. Quia Galfridum de Rupibus clericum ad ecclesiam omnium sanctorum de Ulsefeld per dominum Hugonem de Rupibus verum ipsius ecclesie patronum presentatum admisimus vobis mandamus firmiter injungentes, quatinus magistrum David de Pontizara capellanum nostrum procuratorem dicti clerici in nostra presencia constitutum in corporalem possessionem ipsius ecclesie ipsius presentati nomine inducatis. Data apud Menes xiij°. Kalendas Augusti. Anno domini m°. cc°. Octogesimo quarto. Consecracionis nostre Tertio.

[*Date as last. The Custody of the Rectory of Ellisfield entrusted to David de Pontizara at the Bishop's pleasure.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE ULSEFELD PREDICTO.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio David de Pontizara capellano nostro salutem [etc.]. Prudentie tue et circumspectionis merita ac conditionem seu statum persone nobis presentate per dominum Hugonem de Rupibus ad ecclesiam omnium sanctorum de Ulsefeld propensius attendentes, Custodiam ipsius ecclesie et persone predicte tue sollicitudini committimus per presentes, donec de dicta ecclesia et persona ad eandem presentata aliud duxerimus ordinandum. Data ut proximo supra.

[*Aug. 15. The Bishop has admitted his clerk Mag. Walter le Flemang though a layman to the Rectory of North Stoneham, in the patronage of the Abbey of Hyde, and has invested his brother John le Flemang as his proctor. He exhorts Walter to prepare for Ordination and gives him leave to enter the benefice.*] [1]

CONCEDIT EPISCOPUS MAGISTRO W. FLEMANG INGREDIENDI ECCLESIAM SUAM.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio Waltero le Flemang clerico nostro salutem [etc.]. Affectio quam erga personam tuam jam longis temporibus habuimus nos inducit tibi graciam facere specialem. Hinc est quod ad ecclesiam de Stanham vacantem per mortem Willelmi de Monemue quondam Rectoris ejusdem ad presentacionem Religiosorum virorum . . . Abbatis et Conventus de Hyda te caritative admisimus, non obstante quod in

---

[1] See letters from the Bishop to the Prior and Convent of Hyde on this matter below, folio 61b.

sacris ordinibus non consistis, ac magistrum Johannem le Flemang fratrem et procuratorem tuum per traditionem anuli nostri tuo nomine investivimus de eadem ; volentes quod te ad omnes ordines quos ipsius ecclesie cura requirit te procures statutis temporibus promoveri. Concedimus etiam ex nunc tibi et cuicunque procuratori tuo potestatem et licenciam ingrediendi possessionem ipsius ecclesie ac pertinentia ad eandem et de eisdem disponendi prout tibi fuerit oportunum. Data Tanton. die assumptionis beate Marie. Anno Consecracionis nostre tertio.

[*Sept. 8. Admission of Edmund de Maydenestane to the Rectory of Lasham.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE LASSAHAM, etc.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio Edmundo de Mayde[ne]stane clerico nostro salutem [etc.]. Ad ecclesiam de Lasham per resignacionem Walteri de Waterford nuper Rectoris ejusdem vacantem et ad presentacionem . . . Prioris seu Custodis Hospitalis Domus Dei de Portesmuth et fratrum loci ejusdem spectantem cum omnibus juribus et pertinenciis suis caritatis intuitu te admittimus, et Rectorem instituimus in eadem. In cujus rei testimonium etc. Data apud Farham die Nativitatis beate Marie anno Domini m°. cc°. Octogesimo quarto. Consecracionis nostre tertio.

[*Dec. 26. Collation of Paganus de Lyskyret to the Rectory of Hursley.*]

COLLATIO ECCLESIE DE HURSELEYE. N.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio Pagano de Lyskyret presbitero salutem [etc.]. Honestas morum ac tue merita probitatis que non ex brevi conversacione didicimus nos inducunt ut tecum nostre sollicitudinis onera partiamur. Ecclesiam igitur de Hurselegh per mortem Johannis de Ralegh nuper Rectoris ejusdem vacantem et ad nostram collacionem spectantem tibi conferimus intuitu caritatis et te tenore presentium eidem prefecimus in Rectorem. In cujus rei testimonium etc. Data apud Wycombe. vij°. Kalendas Januarii. Anno Domini m°. cc°. octogesimo quarto. Consecracionis nostre Tertio.

[*Feb 1. Admission of a minor to the Rectory of Fetcham and Collation of the Custody of the same to Henry de Guldeford.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE FECHAM ET CUSTODIA EJUSDEM TRADITA DOMINO HENRICO DE GULDEFORD.—Anno domini m°. cc°. octogesimo quarto. Consecracionis domini episcopi tertio. Kalendis Februarii apud Brichwell admisit dominus episcopus Robertum de Abernon clericum in minore etate constitutum ad ecclesiam de Fecham vacantem et ad presentacionem domini Johannis de Abernon

spectantem. Et dictis die et loco contulit dominus episcopus Henrico de Guldeford clerico custodiam ecclesie et persone predicte.

[*Feb. 1. Formal appointment of Henry de Guldeford to the Custody aforesaid.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE FECHAM ET PERSONE AD EANDEM PRESENTATE TRADITA DOMINO HENRICO DE GULDEFORD.—Johannes [etc.] dilecto filio Henrico de Guldeford salutem [etc.]. Acceptantes grata servicia que nobis et ecclesie Wyntoniensi frequenter impenditis, vobiscum nostre sollicitudinis onera duximus impertiri.

Custodiam igitur Roberti de Abernon presentati et per nos
[Fo. 3b.] admissi ad ecclesiam de Fecham nostre Diocesis vobis committimus intima siquidem affectione gerentes amicitie vestre cum se ad id facultas optulerit concedente domino uberius providere. Data apud Brichwell. Kalendis Februarii. Anno Consecracionis nostre tertio.

[*1285, April 12. Injunction to the Official of the Archdeacon of Winchester or to the Dean of the Isle of Wight, to admit the bearer into the corporal possession of the Church of St. Michael, Newton, conferred by the Bishop on Robert de Maydenestane in the latter's place.*]

COLLACIO ECCLESIE DE NEWETON, etc.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio . . . Officiali Archidiaconi Wyntoniensis vel . . . Decano de Insula Vecta salutem [etc.]. Quia ecclesiam Sancti Michaelis de Neuweton cujus collacio specialiter ad nos pertinet ista vice dilecto clerico nostro Roberto de Maydenestane contulimus intuitu caritatis vobis mandamus in virtute obediencie firmiter injungentes quatinus Willelmum dictum le Graunt latorem presencium nomine dicti clerici vice et auctoritate nostra in corporalem possessionem cum pertinenciis inducatis et defendatis inductum. Data apud Essere ij°. Idus Aprilis. Anno Consecracionis nostre tertio.

[*Not stated. Admission of Gilbert de Abernon to the Rectory of Albury.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE AUDEBURI.—Anno Domini m°. cc°. Octogesimo quinto. Consecracionis domini . . . Episcopi tertio. Admisit dominus . . . Episcopus Gilbertum de Abernon clericum ad ecclesiam de Audeburi vacantem et ad presentacionem domini Johannis de Abernon militis spectantem.

[*Apr. 21. The Bishop inspects letters of commendation to the Rectory of Thruxton, assigned in 1243 by the vicegerent of Bp. William de Raleigh to Mag. Peter de Spineto, and confirms them.*]

VIDIT DOMINUS LITTERAS SUBSCRIPTAS.—Universis presentes inspecturis Johannes permissione divina Wyntoniensis Episcopus

salutem etc. Noverit universitas vestra quod nos litteras subscriptas sub sigillo Consistorii Wyntoniensis non abolitas non cancellatas nec in sui parte aliqua viciatas inspeximus sub hac forma. G. de Feringe officialis Wyntoniensis gerens vices venerabilis patris domini W. dei gracia W. (*sic*) dei gracia Wyntoniensis Episcopi in partibus transmarinis agentis, dilecto sibi in Christo magistro Petro de Spineto clerico salutem etc. Attendentes tue probitatis merita que te gracia dignum reddunt; ecclesiam de Torkyleston ad quam per dominum Johannem de Cornaill militem canonice presentatus existis et per nos ad eandem admissus, vice et auctoritate dicti domini nostri episcopi et de gracia speciali tuo perpetuo duximus commendandam. In cujus rei testimonium etc. Data London

[*1243, Dec. 27.*] vj°. Kalendas Januarii. Anno gracie m°. cc°. xliij°. Nos igitur dictam commendam ratam habentes eandem auctoritate nostra tenore presencium confirmamus. In cujus rei testimonium etc. Data apud Camerwell xj°. Kalendas Maii. Anno Domini m°. cc°. Octogesimo quinto. Consecracionis nostre tertio.

[*1285, April 25. The Bishop grants to the Rector of Epsom all obventions pertaining to the Vicarage of the same for the space of six years from Midsummer 1285 in aid of his expenses in building the Chancel of that Church.*]

CONCEDIT DOMINUS EPISCOPUS OBVENCIONES VICARIE DE EBESHAM RECTORI EJUSDEM AD CONSTRUCTIONEM CANCELLI EJUSDEM ECCLESIE PER VI ANNOS.—Noverint universi quod nos J. permissione divina Wyntoniensis episcopus divine caritatis intuitu oblaciones et omnes et singulos (*sic*) obvenciones de Vicaria ecclesie de Ebesham quoquo modo provenientes cum omnibus dictam vicariam contingentibus magistro Rogero de Grava rectori ecclesie antedicte propter sumptus et expensas circa constructionem Cancelli ecclesie memorate per eundem R. utiles et necessarias factas libere et licite per sex annos a festo Nativitatis beati Johannis Baptiste anno Domini m°. cc°. octogesimo quinto connumerandos percipiendas presentium tenore concedimus, ita tamen quod liceat predicto magistro Rogero infra tempus numeratum quando voluerit et sibi expedire viderit personam idoneam ad dictam vicariam libere presentare. Data apud Camerwell vij°. Kalendas Maii. anno ut supra.

[*May 24. The Bishop collates Henry de Rowadon to the Rectory of Chilcomb with the Chapel of St. Katherine.*]

COLLACIO DE CHILTECOMB.—Anno Domini m°. cc°. octogesimo quinto. Consecracionis domini episcopi tertio ix°. Kalendas Junii. apud Suwerk contulit dominus episcopus magistro Henrico de

Rowadon diacono ecclesiam de Chiltecomb cum capella sancte Katerine, cum omnibus juribus et pertinenciis suis vacantem et ad suam collacionem spectantem.

[*Aug. 31. Admission of Walter de Waterford to the Vicarage of Eling on the presentation of the Prior of Eling, proctor of the Abbey of Jumièges.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE ELYNG.—Anno domini m°. cc°. octogesimo quarto. ij. Kalendas Septembris admisit dominus episcopus dominum Walterum de Waterford Capellanum ad Vicariam de Elyng vacantem et ad presentacionem Prioris de Elyng procuratoris Religiosorum virorum . . . Abbatis et Conventus de Gemetico Rothomagensis Diocesis in Regno Anglie generalis spectantem.

QUARTUS.

[*Oct. 5. Collation of Richard de Havering to the Rectory of Highclere.*]

ANNO CONSECRACIONIS DOMINI EPISCOPI QUARTO CONTULIT ECCLESIAM DE HAUTECLERE RICARDO DE HAVERINGE.—Anno Domini m°. cc°. octogesimo quinto. Consecracionis domini Episcopi quarto. tertio Nonas Octobris contulit dominus episcopus Ricardo de Havering Ecclesiam de Hauteclere vacantem. Et ad suam collacionem pleno jure spectantem.

[*Sept. 6. Admission of Nicholas de Lyaleburi to the Rectory of Clapham.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE CLOPHAM.—Item anno domini m°. cc°. octogesimo quinto. Consecracionis domini episcopi quarto. viij°. Idus Septembris admisit dominus . . . episcopus Nicholaum de Lyaleburi presbiterum ad Ecclesiam de Clopham per [Fo. 4a.] resignacionem Ricardi de Merton nuper Rectoris ejusdem vacantem et ad presentacionem Religiosorum virorum . . . Prioris et Conventus de Merton spectantem.

[*Nov. 9. The Abbot and Convent of Hyde, Winchester, having presented W. de Hameledon, a King's clerk, to the Rectory of Stoneham Abbas vacant by the death of Mag. le Flemang, the Bishop grants him the custody of the Church.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE STANHAM ABBATIS COMMISSA DOMINO W. DE HAMELEDON CLERICO REGIS.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio . . . Archidiacono nostro Wyntoniensi salutem [etc.]. Quia Religiosi viri Abbas et Conventus sancti Barnabe de Hyda juxta Wynton dominum W. de Hameledon illustris Regis Anglie clericum ad ecclesiam de Stonham Abbatis juxta Suthampton per mortem magistri le Flemang vacantem presentarunt, et super articulis debitis et consuetis dictam ecclesiam et personam ad eandem presentatam contingentibus in pleno capitulo loci illius in quo dicta

ecclesia consistit prehabita inquisitione diligenti eandem ecclesiam vacantem invenerimus dicto domino Willelmo clerico ecclesie antedicte custodiam duximus committendam, mandantes vobis quatinus eundem dominum W. in corporalem possessionem dicte ecclesie nomine custodie inducatis. Data apud Wyttenye v. Idus Novembris anno domini m°. cc°. lxxx. quinto. Consecracionis nostre quarto.

[*1286, Jan. 3. Custody of the Hospital of Domus Dei, Southampton entrusted to John le Flemang. Strict injunctions that the order is to be executed.*]

CUSTODIA ECCLESIE[1] HOSPITALIS DOMUS DEI SUTHAMPTON COMMISSA MAGISTRO JOHANNI LE FLEMANG.—Johannes [etc.] dilectis sibi in Christo filiis . . . Precentori ecclesie beate Marie et . . . Decano Suthampton salutem etc. Quia custodiam hospitalis Domus Dei Suthampton dilecto clerico nostro magistro Johanni le Flemang presbitero duximus committendam vobis mandamus quatinus eundem in corporalem possessionem dicte domus cum pertinenciis nomine custodie inducatis et defendatis inductum. Quod si non omnes hiis exequendis forsitan intersitis alter vestrum ea nichilominus exequatur. Data apud Farenham iij°. Nonas Januarii. Consecracionis nostre anno quarto.

[*Jan. 12. Custody of the Rectory of Hartley entrusted to Edmund de Bedewynd.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE HERTLEGHE, etc.—Memorandum quod anno Domini m°. cc°. octogesimo quinto. Consecrationis Episcopi quarto. ij°. Idus Januarii apud Wolveseye commisit dominus episcopus custodiam ecclesie de Hertlegh Edmundo de Bedewynd clerico presentato ad eandem per dominam Isabellam de Cadurcis.

[*Feb. 21. The Archdeacon of Surrey is directed to induct Richard de Pichford or his proctor into the Rectory of Cobham, which for this turn has devolved to the Bishop's collation.*]

COLLATIO ECCLESIE DE COVEHAM FACTA RICARDO FILIO DOMINI G. DE PICHFORD.—Johannes [etc.] dilecto sibi in Christo . . . filio Archidiacono nostro Surreye seu ejus Officiali salutem [etc.]. Quia collacio Ecclesie de Coveham ex certa causa ad nos ista vice legitime exstitit devoluta eandem dilecto nobis in Christo Ricardo filio domini Galfridi de Pichford clerico nostro divine caritatis optentu contulimus ista vice, vobis mandamus quatinus eundem clericum vel magistrum Philippum dictum Walensem procuratorem suum in possessionem corporalem dicte ecclesie inducatis

---

[1] 'ecclesie' erased.

et defendatis inductum. Data apud Suwerk die Jovis proximo ante festum sancti Petri in Cathedra. Consecracionis nostre anno quarto.

[*Feb. 28. Custody of the Rectory of Letherhead entrusted to Hugh de Candal, King's clerk.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE LEDRED COMMISSA DOMINO HUGONI DE CANDAL.—Johannes [etc.] dilecto filio . . . Archidiacono suo Surreye seu ejus officiali salutem [etc.]. Quia custodiam ecclesie de Ledred domino Hugoni de Candal illustris Regis Anglie clerico duximus commendandam, vobis mandamus quatinus eundem seu ipsius procuratorem in corporalem possessionem inducatis et defendatis inductum. Data apud Waltham ij°. Kalendas Martii. Anno domini m°. cc°. octogesimo quinto.

[*Feb. 28. Institution of Mag. William de Heleton to the Vicarage of Godalming.*]

INSTITUCIO AD VICARIAM DE GODALMYNG.—Memorandum quod ii. Kalendas Martii. Anno Domini m°. cc°. octogesimo quinto apud Waltham instituit dominus episcopus magistrum Willelmum de Heleton presbiterum perpetuum vicarium ecclesie de Godalming vacantis per resignacionem domini Roberti quondam Vicarii ejusdem et ad presentacionem . . . Decani ecclesie Sarum spectantem.

[*March 1. Custody of the Rectory of Kingsworthy entrusted to John de le Lek.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE WORTHIA REGIS.—Johannes [etc.] dilecto filio . . . Archidiacono suo Wyntoniensi seu ejus Officiali salutem [etc.]. Quia custodiam ecclesie de Worthia Regis Johanni de le Lek duximus committendam, vobis mandamus quatinus eundem in possessionem dicte ecclesie nomine custodie inducatis et defendatis inductum. Data apud Waltham Kalendis Martii. Anno m°. cc°. octogesimo quinto.

[*March 1. Admission of Ralph de Neuburi to the Vicarage of Portchester.*]

ADMISIT DOMINUS RADULFUM DE NEUBURI AD VICARIAM DE PORCESTERE.—Johannes [etc.] dilecto filio . . . Archidiacono Wyntoniensi vel ejus officiali salutem [etc.]. Quia Radulfum de Newbyri presbiterum ad vicariam de Porcestre vacantem et ad presentacionem Religiosorum virorum . . . Prioris et | Conventus de Suwyk
[Fo. 4b.] spectantem admisimus et eundem perpetuum vicarium instituimus in eadem ; vobis mandamus quatinus eundem in corporalem possessionem dicte vicarie inducatis et defendatis inductum. Data apud Wautham Kalendis Marcii. Anno Consecracionis nostre quarto.

[*Mar. 15. Custody of the Rectory of Faringdon delivered to Mag. Peter de Insula during the Bishop's pleasure.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE FARENDON TRADITA MAGISTRO PETRO DE INSULA.—Johannes [etc.] dilecto filio . . . Archidiacono nostro Wyntoniensi seu ejus Officiali salutem etc. Quia custodiam ecclesie de Farendon magistro P. de Insula ex certis causis commisimus, quousque aliud duxerimus ordinandum, vobis mandamus quatinus eundem P. vel ejus procuratorem in possessionem dicte ecclesie nomine custodie inducatis et defendatis inductum. Data apud Wolveseye. Idus Martii. anno supradicto.

[*1286, April 12. Custody of the Rectory of Nether Wallop claimed for and delivered to Richard de Bures, clerk of the Queen, on the presentation of Bogo, Treasurer of York.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE WALLOP TRADITA DOMINO R. DE BURES.—Memorandum quod die para[s]ceues apud Wolveseye . . . Officialis Wynton domini . . . Episcopi commissarius specialis in hac parte commisit custodiam ecclesie de Wallop inferiori domino Ricardo de Buris illustris Regine Anglie clerico ad presentacionem domini Bogonis Thesaurarii Eboracensis salvo (*sic*) etiam consuetudine Ecclesie Wyntoniensis et cujuscunque alterius et demandavit procuratorem dicti Ricardi induci per Archidiaconum vel ejus Officialem in custodiam illius ecclesie. Data dicto die anno domini m°. cc°. octogesimo sexto.

[*April 28. Admission of Richard Fulvenne to the portion of Patingdene in the Church of Abinger on the presentation of Adam Gordoun, Knt.*]

ADMISSIO AD PORTIONEM DE PATINGDENE IN ECCLESIA DE ABBINGEWORTH.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio . . . Archidiacono nostro Wyntoniensi seu ejus officiali salutem [etc.]. Quia ad portionem que vocatur Patingdene in ecclesia de Abbingworth nostre diocesis vacantem et ad presentacionem domini Ade Gordown militis spectantem, Ricardum filium Reginaldi Fulvenne clericum duximus admittendum, vobis mandamus quatinus Johannem de Merleberg presbiterum in corporalem possessionem portionis dicte ecclesie nomine ipsius inducatis. Data apud Suwerk iiij°. Kalendas Maii. Anno Consecracionis nostre quarto.

[*April 28. The Bishop entrusts to John de Merleberge the custody of Patingdene.*]

CUSTODIA DE PATINGDENE TRADITA JOHANNI DE MERLEBERGE.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio Johanni de Merleberge presbitero salutem [etc.]. Prudencie tue et circumspectionis merita ac statum persone dilecti nobis in Christo Ricardi filii Reginaldi de Fulvenne clerici ad portionem que vocatur Patingdenne

in ecclesia de Abbingeworth nobis presentati propensius attendentes; custodiam ipsius ecclesie et persone predicte tue sollicitudini committimus per presentes, quousque de dicta ecclesia et persona ad eandem presentata aliud duxerimus ordinandum. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Data apud Suwerk iiij°. Kalendas Maii. anno Domini m°. cc°. Octogesimo sexto.

[*May 5. The Bishop directs the Archdeacon of Wynton to induct Edmund de Bedewynd whom he has collated to the devolved Rectory of Hartley.*]

COLLACIO ECCLESIE DE HERTELE EDMUNDO DE BEDEWYND.—Johannes [etc.] dilecto filio . . . Archidiacono nostro Wyntoniensi vel ejus Officiali salutem etc. Quia collacio ecclesie de Hertlee nostre diocesis vacantis ad nos hac vice ex certa causa licite existit devoluta dilecto nobis in Christo Edmundo de Bedewynd clerico divine caritatis intuitu contulimus hac vice, et Rectorem instituimus in eadem; vobis mandamus quatinus eundem in corporalem possessionem dicte ecclesie inducatis et defendatis inductum. Data apud Essere iij°. Nonas Maii. Consecracionis nostre anno quarto.

[*May 15. The Bishop directs the Archdeacon of Wynton to institute as Prior of Christ Church, Twineham, Brother Richard Mauri whose election to that office he has graciously approved, and to exact from him canonical obedience.*]

INSTITUCIO PRIORIS CHRISTI ECCLESIE DE TWYNHAM.—Johannes [etc.] . . . Archidiacono nostro Wyntoniensi seu ejus officiali salutem etc. Quia fratrem Ricardum Mauri electum Christi ecclesie de Twynham, in eadem ecclesia graciose prefecimus in Priorem; vobis mandamus quatinus eundem in corporalem possessionem prioratus dicte Christi ecclesie vice et auctoritate nostra inducatis et defendatis inductum, facientes sibi prout canonicum fuerit in omnibus obediri (*sic*). Data Wyntonie Idus Maii. Anno Domini m°. cc°. octogesimo sexto. Consecracionis nostre quarto.

[*May 15. The Bishop entrusts the custody of the Rectory of Freshwater to William de Marchia at pleasure, saving to himself the fruits of the Church for the current year as a customary right.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE FRESWATER COMMISSA MAGISTRO WILLELMO DE MARCHIA CLERICO. N.—Johannes dei gracia etc. . . . Archidiacono nostro Wyntoniensi vel ejus Officiali salutem etc. Quia custodiam ecclesie de Freswater per resignacionem magistri Rogeri le Flemeng nuper Rectoris ejusdem vacantis dilecto nobis in Christo Magistro Willelmo de Marchia clerico commisimus quousque eam duxerimus revocandam; salvis nobis jure et consuetudine ecclesie

nostre in fructibus percipiendis instantis anni ecclesie memorate, vobis mandamus quatinus eundem in possessionem custodie predicte ecclesie inducatis et defendatis inductum. Data Wyntonie Idibus Maii. Anno Consecracionis nostre quarto.

QUINTUS.

[Fo. 5a.]

[*July 11. Roger de Multon appointed Custos of the Domus Dei, Southampton.*]

ANNO CONSECRACIONIS DOMINI V°. COMMISIT CUSTODIAM HOSPITALIS DOMUS DEI DE SUTHAMPTON ROGERO DE MULTON.—Johannes [etc.] dilecto filio . . . Precentori ecclesie beate Marie Suthampton graciam et benedictionem. Quia custodiam Hospitalis domus Dei Suthampton et pertinentium dilecto nobis in Christo Rogero de Multon clerico duximus committendam vobis mandamus quatinus eundem in possessionem dicti Hospitalis et pertinentium nomine custodie inducatis et defendatis inductum. Data apud Byterne v°. Idus Julii. Anno Consecracionis nostre quinto.

[*July 11. The Bishop exhorts all as well free tenants in the Hospital as others to render obedience to the newly appointed Custos, and so to receive his commendation.*]

TENENTIBUS DOMUS DEI DE SUTHAMPTON QUOD OBEDIANT R. DE MOLTON TANQUAM CUSTODI.—Johannes[1] dei gracia etc. universis tam libere tenentibus de Hospitale Domus Dei Suthampton quam aliis salutem in Domino sempiternam. Quia custodiam Hospitalis Domus Dei Suthampton et pertinentia dilecto nobis in Christo Rogero de Molton clerico duximus committenda; vobis mandamus ac etiam vos hortamur in domino, quatinus eidem tanquam custodi domus vestre sitis respondentes, et in omnibus intendentes ut vos ex facti exhibitione habeamus merito commendatos. Data apud Byterne v°. Idus Julii. Anno Domini m°. cc°. octogesimo sexto.

[*July 7. Custody of the Rectory of Michelmersh entrusted to Arnulph de Quinqueport.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE MUCHELMAREYS TRADITA ARNULPHO DE QUINQUEPORT.—Johannes [etc.] dilecto filio domino Willelmo de Cumbe clerico nostro salutem [etc.]. Quia custodiam ecclesie de Muchelmareis per resignacionem Simonis de Nigella nuper Rectoris ejusdem vacantem et ad nostram collacionem spectantem dilecto nobis in Christo Arnulpho de Quinqueport clerico commisimus quousque de eadem alio modo duxerimus ordinandum, fructibus instantis anni ecclesie predicte juxta ecclesie nostre consuetudinem

[1] Marginal note in a later hand, 'Hospitale Domus Dei pertinet ad collationem Domini.'

nobis specialiter reservatis[1]; vobis mandamus quatinus eundem clericum in possessionem dicte ecclesie vice et auctoritate nostra inducatis et defendatis inductum. Data apud Sutton Nonis Julii. Anno Consecracionis nostre quinto.

[*July 21. The Bishop instituted Peter de Avebury, presented by the Proctor of the Abbey of Lira, to the Rectory of Newton, Calbourn, I.W., and invested him by his hat.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE NEWETON.—Memorandum quod xij°. Kalendas Augusti. Anno domini m°. cc°. octogesimo sexto admisit dictus dominus episcopus ad ecclesiam de Niweton in Insula Vecta per resignacionem domini Roberti de Maydenestane vacantem ad presentacionem fratris Nicholai de Concha Religiosorum virorum . . . Abbatis et Conventus de Lira procuratoris habentis speciale mandatum presentandi ad ecclesias et vicarias quam cito ad id facultas optulerit in Sarum et Wynton diocesibus ad eorum presentacionem spectantes Magistrum Petrum de Aveburi clericum suum et eundem rectorem instituit in eadem et eundem per pilleum suum investivit.

[*July 21. Collation of the Rectory of Michelmersh to Robert de Maydestane.*]

COLLACIO ECCLESIE DE MUCHELMAREIS DOMINO R. DE MAYDENESTANE.—Item memorandum quod die et anno proximo supradictis dominus . . . episcopus ecclesiam de Muchelmareys per resignacionem Simonis de Nigella nuper Rectoris ejusdem et Arnulphi de Quinqueport siquod jus habuit in eadem vacantem et ad collacionem suam spectantem domino Roberto de Maydestane contulit et rectorem instituit in eadem.

[*Sept 3. Custody of the Rectory of Stratfieldsaye entrusted to William de Boys.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE STRATFEUD.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio . . . Decano de Basing, salutem [etc.]. Quia domino Willelmo de Boys presbitero latori presencium custodiam ecclesie beate Marie de Stratfeud say salvo jure cujuslibet commisimus donec eam duxerimus revocandam; vobis mandamus quatinus eundem W. [ad] hujusmodi custodiam vice nostra libere permittatis. Data in Castro nostro de Wolvesey iij°. Nonas Septembris. Anno domini m°. cc°. octogesimo sexto. Consecracionis nostre quinto.

[*Aug. 25. Custody of the Rectory of Faringdon entrusted to Master Peter de Insula, his former charge of the same Church being expressly revoked.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE FARENDON TRADITA MAGISTRO PETRO DE INSULA.—Item memorandum quod viij°. Kalendas Sep-

[1] Marginal note in later hand, 'Nota quod fructus beneficiorum vacancium pertinent Domino.'

tembris in manerio suo de Brichwell dominus . . . episcopus commisit curam ecclesie de Farendon sue diocesis magistro Petro de Insula per venerabilem patrem . . . Exoniensem Episcopum ad eandem presentatum et Rectorem instituit in eadem, custodiam quam prius fecit sibi de dicta ecclesia revocantes (*sic*) expresse. Qui quidem Petrus juravit obedienciam domino modo debito et consueto.

[*Sept. 7. Admission of Peter de Kelme to the Rectory of Yarmouth, I.W., on the presentation of the Countess of Albemarle.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE EREMUE.—Item memorandum quod vij°. Idus Septembris. anno supradicto apud Wolvesey admisit dominus Petrum de Kelme subdiaconum ad ecclesiam de Eremuwe in Insula Vecta per resignacionem Eustachii de Henton quondam Rectoris ejusdem vacantem et ad presentacionem domine . . . Comitisse Albermarlie domine Insule spectantem et Rectorem instituit in eadem et juravit domino obedienciam modo debito et consueto.

[Fo. 5b.]

[*October 17. Ordinance of the Vicarage of Betchworth arranged by his Official and sanctioned by the Bishop.*]

ORDINACIO OFFICIALIS WYNTONIE SUPER ORDINACIONE VICARIE DE BECHEWORTH.—Universis presentem paginam inspecturis Johannes [etc.] salutem in domino sempiternam. Quia pium est ac eciam meritorium testimonium perhibere veritati, noveritis nos inspexisse ordinacionem discreti viri magistri Henrici de Simplingham officialis nostri Wyntoniensis ac etiam in hac parte commissarii in hec verba. Officialis venerabilis patris domini Johannis dei gracia Wyntoniensis episcopi ac super ordinacione vicarie in ecclesia de Bechesworth Wyntoniensis diocesis facienda ejusdem patris commissarius salutem etc. Noverit universitas vestra quod cum ecclesia de Becheworth Wyntoniensis diocesis cujus Religiosi viri . . . Prior et Conventus beate Marie de Suwerk veri patroni extiterunt, fuisset eisdem canonice appropriata deberetque Vicaria in eadem in certis porcionibus et proventibus ipsius ecclesie competentibus ordinari, ex dicti patris precepto et commissione michi facta, vive sue vocis oraculo ad perpetuam hujus rei memoriam vicariam hujusmodi sub perpetua observacione de consensu ipsorum Religiosorum et domini Willelmi de Mersteham capellani ad vicariam dicte ecclesie de Becheworth per . . . priorem et conventum beate Marie de Suwerk prenominatos canonice presentati in porcionibus infrascriptis, videlicet quod porcio Vicarie hujusmodi in omnibus oblacionibus obvencionibus et decimis minutis

provenientibus de dicta ecclesia de Becheworth consistat, exceptis principali et legato in animalibus vivis consistentibus, que una cum decimis omnibus majoribus videlicet garbarum et feni de predicta ecclesia provenientibus . . . Priori et conventui beate Marie de Suwerk et eorum ecclesie jure perpetuo et mero percipiendis et habendis disponimus et ordinamus auctoritate dicti patris et decernimus penitus profutura. Et ad perpetuam eciam commemoracionem premissorum tenorem scripture presentis arbitramur registrandum in matricula dicti patris, et etiam consignandum sigillo officialis predicte (*sic*). Que scriptura apud dictos Religiosos in testimonium predictorum seu contentorum hujusmodi consignata indefective resideat duratura. Data apud Suwerk x°. Kalendas Novembris. Anno domino M°. cc°. octogesimo sexto et Consecracionis patris anno quinto. Nos vero dictam ordinacionem ratam habentes et acceptam, ipsam auctoritate pontificali ratificamus ac eciam tenore presencium confirmamus. Et ad perpetuam memoriam rei geste partibus predictis concessimus tenorem ordinacionis predicte sigillo nostro patente consignatum. Data apud Suwerk prope London xvj°. Kalendas Novembris. Anno domini m°. cc°. octogesimo sexto. Consecracionis nostre quinto.

[*Oct. 26. The Bishop directs the Archdeacon of Surrey to induct Wm. de Mersteham into the Vicarage of Betchworth, the portion of which Vicarage, with the exception of live stock, consists of the obventions and small tithes.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE BECHESWORTH, ET CETERA.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio . . . Archidiacono Surreye vel ejus Officiali salutem etc. Quia dominum Willelmum de Mersteham presbiterum ad vicariam ecclesie de Becheworth nostre diocesis vacantem cujus vicarie porcio in omnibus oblacionibus obvencionibus et decimis minutis, exceptis principali et legato in vivis animalibus existentibus, consistit admisimus in vicariam et vicarium instituimus in eadem : vobis in virtute obediencie firmiter injungendo mandamus quatenus eundem Willelmum presbiterum in corporalem possessionem dicte vicarie inducatis et defendatis inductum. Data apud Suwerk juxta London vij. Kalendas Novembris. Anno domini m°. cc°. octogesimo sexto. Consecracionis nostre quinto.

[*Sept. 13. The Bishop presents John de Hengham to the Rectory of Portland, dio. Sarum.*]

PRESENTAVIT DOMINUS EPISCOPUS JOHANNEM DE HENGHAM AD ECCLESIAM DE PORTLANDE.—Memorandum quod Idus Septembris Anno domini M°. cc°. Octogesimo sexto presentavit dominus episcopus Johannem de Hengham ad ecclesiam de Portlaund Sarum diocesis vacantem et ad suam presentacionem spectantem.

[*Oct. 26. Presentation of William de Wolverhampton to the same Rectory, vacant by the death of the Rector.*]

PRESENTACIO AD ECCLESIAM DE PORTLANDE.—Item memorandum quod dominus Episcopus vij°. Kalendas Novembris presentavit Willelmum de Wolvenhampton ad ecclesiam de Portlaund per mortem Rectoris vacantem. Anno domini m°. cc°. Octogesimo sexto.

[*Same day. Admission of R. de Guldeford to the Rectory of Merrow, saving to the patrons, the Convent of Ivingho, their pension.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE MEREWE.—Item memorandum quod eodem die scilicet vij. Kalendas Novembris. Anno domini M°. cc°. octogesimo sexto apud Suwerk admisit dominus Episcopus R. de Guldeford filium R. Jacob ad ecclesiam de Merewe ad presentacionem Priorisse et Conventus de Ivyngho salvis (*sic*) eisdem Religiosis dominabus pensione in dicta ecclesia debita.

[*March 9. The Bishop's mandate to his Official, dated from Bordeaux, to induct William le Blonte into the possession of separate tithes in the Manor of Nuthanger.*]

COLLACIO DECIMARUM SEPARATARUM IN MANERIO DE NOTEHANGRE WALTERO LE BLONTE CLERICO PER RESIGNACIONEM DOMINI R. DE BURES.—Johannes [etc.] dilecto in Christo
[Fo. 6a.] filio . . . Officiali nostro salutem [etc.]. Quia illas decimas separatas in manerio nostro de Notehangre consistentes per resignacionem domini Ricardi de Bures vacantes quas ut asseruit optinuit ex donacione domini E. dei gracia Regis Anglie illustris ipsa sede Wyntoniensi vacante et nunc ad nostram collacionem spectantes dilecto nobis in Christo Willelmo le Blonte clerico contulimus intuitu caritatis: vobis mandamus quatinus eundem clericum vel ipsius procuratorem ejus nomine in corporalem possessionem decimarum predictarum per vos vel per alium inducatis et defendatis inductum. Data Burdegale vij°. Idus Martii. Anno Consecracionis nostre quinto.

[*Same date. Bp.'s letter to W. le Blonte conferring on him the tithes aforesaid.*]

COLLACIONIS LITERA DECIMARUM PREDICTARUM.—Johannes [etc.] dilecto sibi in Christo filio W. le Blonte clerico salutem [etc.]. Ex laudabili testimonio quod de te audivimus sperantes te posse in ecclesia Dei proficere in futurum: decimas separatas in manerio nostro de Notehangre [etc.], ut in precedenti littera, tibi conferimus intuitu caritatis. Data Burdegale vij°. Idus Martii. Anno Consecracionis nostre quinto.

[Three lines left blank.]

SEXTUS.

[*July 27. The Bishop at Marnay collates John de Sancto Johanne to the Chapel of Morestead.*]

ANNO CONSECRACIONIS DOMINI SEXTO CONTULIT IPSE CAPELLAM DE MORSTED JOHANNI DE SANCTO JOHANNE CLERICO.—Memorandum quod vj°. Kalendas Augusti apud Marinak contulit dominus Episcopus Capellam de Morsted vacantem de jure et ad collacionem suam spectantem Johanni de Sancto Johanne Clerico et super hoc habuit litteram domini patentem sub data apud Marinak vj°. Kalendas Augusti. Anno domini M°. cc°. octogesimo septimo. Consecracionis domini sexto.

[*Same date. The Bishop collates to the Rectory of St. Faith near Winchester John, son of dn. Philip Panon, Citizen of Paris, his Godson, custody of the Church and Rector being entrusted to the Archdeacon of Winton.*]

ECCLESIA SANCTE FIDIS JUXTA WYNTONIAM.—Item memorandum quod die et anno predictis contulit dominus episcopus ecclesiam Sancte Fidis juxta Wynton per mortem I. Bellegambe vacantem et ad suam collacionem spectantem Johanni filio domini Philippi Panon Burgensis Parisius clerico filiolo domini, qui super hoc literam habuit patentem et Magistro P. Archidiacono Wynton. custodiam dicte ecclesie et persone commisit. Data ut supra.

[*August 28. The Bishop entrusts the custody of the Rectory of Easton to his beloved clerk Master William of Wenling, then steward of his house.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE ESTON TRADITA MAGISTRO WILLELMO DE WENLINGE CLERICO.—Memorandum quod apud Marinak v° Kalendas Septembris anno domini m°. cc°. octogesimo septimo commisit dominus episcopus custodiam ecclesie de Eston per mortem magistri Radulfi de Freningham vacantis et ad suam collacionem spectantis dilecto clerico suo Magistro Willelmo de Wenling tunc seneschallo domus sue et eodem die fecit sibi collacionem et super ea exivit littera patens.

[*Sept. 15. The Bishop collates for the second time J. de Sancto Austolo to the Rectory of Eastmeon.*]

ITERATA COLLACIO ECCLESIE DE ESTMENES J. DE SANCTO AUSTOLO CLERICO.—Item xvii. Kalendas Octobris. Anno domini supradicto contulit dominus Episcopus iterato ecclesiam de Estmenes J. de Sancto Austolo clerico nepoti domini Archidiaconi supradicti et super hoc habuit litteram patentem.

[*Nov. 15. The Bishop instructs his Official to admit to the Rectory of Bradley the son of dn. Hugh de Rupibus, presented thereto, the Bishop reserving to himself the appointment of a custodian. Provision for study to be made from the revenues of the Church.*]

BRADELEE ET CETERA.—Johannes [etc.] dilecto filio . . . Officiali

nostro salutem [etc.]. Quia propter presentium temporum pericula precibus amicorum adquiescere nos oportet, nos pro filio domini Hugonis de Rupibus ad ecclesiam de Bradele nostre diocesis ut dicitur presentati amicorum nostrorum de Curia precibus excitati, vobis mandamus quatinus eundem ad dictam ecclesiam admittatis, custodiam ejusdem persone idonee nobis, prout ordinare duxerimus, reservantes. Volumus eundem filium de proventibus ejusdem ecclesie cum eos receperitis in studio per vos interim exhiberi. Data Burdagale xvij. Kalendas Decembris. Anno Consecracionis nostre sexto.

SEPTIMUS.

[Fo. 6b.]

[*1288, July 2. At Vitry near Paris the Bishop collated Mag. Henry de Symplingham his Official to the Rectory of Compton.*]

COMETON.—Memorandum quod dominus Episcopus Vitriaci prope Parisius sexto Nonas Julii. Anno domini m°. cc°. octogesimo octavo. Consecracionis sue septimo. contulit ecclesiam de Cometon per mortem domini Hugonis de Lavington vacantem, magistro Henrico de Symplingham tunc Officiali suo et eundem Rectorem instituit in eadem, et exivit litera patens.

[*Same date. Collation to the Vicarage of Fareham of dn. Laurence de Welleton.*]

ITEM COLLACIO VICARIE DE FARHAM DOMINO LAURENCIO DE WELLETON PRESBITERO VJ°. NONAS JULII, ETC.—Item quod die et anno supradictis contulit dominus episcopus vicariam de Farham vacantem et ad suam collacionem spectantem domino Laurencio de Welleton presbitero et super collacione exivit littera patens.

[*Oct. 17. The Bishop at Gentilly collates John de Berewyk, Treasurer to the Queen of England, to the Rectory of Crondall.*]

COLLACIO ECCLESIE DE CRONDALE VACANTIS DOMINO JOHANNI DE BEREWYK TUNC DOMINE REGINE ANGLIE THESAURARIO.—Item memorandum quod dominus . . . Episcopus apud Gentiliacum xvj. Kalendas Novembris. anno domini m°. cc°. octogesimo octavo contulit ecclesiam de Crondale vacantem et ad suam collacionem spectantem domino Johanni de Berewyk tunc domine . . . Regine Anglie Thesaurario et Rectorem instituit in eadem et inde exivit littera institucionis patens sub data prenotata.

[*Oct. 16. A copy of the letter of collation.*]

LITTERA COLLACIONIS EPISCOPI CONCESSA DOMINO JOHANNI DE BEREWYK SUPER ECCLESIA PREDICTA.—Johannes [etc.] dilecto sibi in Christo Johanni de Berewyk clerico salutem etc. Honestas

morum ac tue probitatis merita nos inducunt ut tecum nostre sollicitudinis onera partiamur. Ecclesiam igitur de Crondale nostre Diocesis vacantem, et ad nostram collacionem spectantem tibi conferimus intuitu caritatis teque Rectorem preficimus in eadem. In cujus rei testimonium has litteras nostras tibi fieri fecimus sigilli nostri impressione patenter munitas. Data apud (*sic*) prope Parisius. xvij. Kalendas Novembris. Anno domini m°.cc°.Octogesimo octavo. Consecracionis nostre Septimo.

[*1289, Thursday, March 10. Collation at Agen of Edmund de Maydenestane the Bishop's Chaplain to the Rectory of* [*Bishop's*] *Waltham, he having first resigned the Churches of North Waltham and Lasham.*]

COLLACIO ECCLESIE DE WAUTHAM DOMINO EDMUNDO DE MAYDENESTANE PRESBITERO.—Item memorandum quod sexto Idus Martii videlicet die Jovis proximo ante festum Sancti Gregorii pape anno domini m°. cc°. octogesimo octavo contulit dominus ecclesiam de Wautham vacantem per mortem domini Petri de Wynton ultimo Rectoris ejusdem Edmundo de Maydenestane capellano suo et super hoc emanavit littera executoria officiali Wyntoniensi de inducendo ipsum E. vel suum procuratorem in corporalem possessionem ejusdem ecclesie sub data Ageni anno et die supradictis. Et sciendum quod nichilominus facta fuit sibi littera institucionis cum omnibus jurisdictionibus libertatibus redditibus etc. Facta prius renunciacione per dominum Edmundum in manus dicti domini episcopi ecclesiarum de Nortwaultham et ecclesie de Lasham dicte diocesis sub sigillo suo et sigillo . . . Archidiaconi Norwycensis quas prius optinuit.

[*Same date. Geoffrey de Hotham's collation to the Rectory of South Waltham.*]

ITEM COLLACIO ECCLESIE DE SUTH WALTHAM GALFRIDO DE HOTHOM CLERICO SEXTO IDUS MARCII. N.—Item die et anno supradictis contulit dominus episcopus ecclesiam de SuthWaltham Galfrido de Hothom nepoti fratris Willelmi de Hothom mandans ipsum induci, ut supra.

[*1289, April 25. Collation of Mag. William de Essex to the Church of Compton. The Bishop's Official ordered to induct him.*]

COLLACIO ECCLESIE DE COMETON MAGISTRO W. DE ESSEXIA. —Memorandum quod die Sancti Marci Evangeliste contulit dominus . . . episcopus magistro Willelmo de Essex ecclesiam de Compton sue diocesis vacantem, et ad suam collacionem pleno jure spectantem, unde emanavit litera inductionis in corporalem possessionem in communi forma, anno domini m°. cc°. Octogesimo nono, directa magistro Henrico de Simplingham tunc Officiali Wyntonie.

[*May 29. The Bishop by letter from St. Supplice near Milhau (?) in Gascony collates Mag. Nicholas de Audeby to the Rectory of Droxford. Investiture by the Bishop's ring.*]

COLLACIO ECCLESIE DE DROKENESFORD MAGISTRO NICHOLAO DE AUDEBY CLERICO.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio magistro Nicholao de Audeby clerico salutem etc. Morum honestas, et tue merita probitatis que non ex brevi conversacione didicimus nos excitant et inducunt ut tecum nostre sollicitudinis onera partiamur. Ecclesiam igitur de Drokenesford nostre diocesis vacantem, et ad nostram collacionem pleno jure spectantem tibi tenore presentium conferimus intuitu caritatis, et te per anulum investimus et Rectorem instituimus in eadem. In cujus rei testimonium presentes literas tibi fieri fecimus patentes sigilli nostri munimine Roboratas. Actum et datum apud Sanctum Supplicium prope Sanctum Milionem in Vasconia iiij. Kalendas Junii. Anno domini m°. cc°. octogesimo nono. Consecracionis nostre septimo.

[Fo. 7a. First five lines left blank.]

OCTAVUS.

[*Sept. 20. Custody of the Rectory of Martyr-Worthy, vacant by the resignation of Henry de Mortimer who styled himself Rector, granted to Mag. Michael de Heston.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE WORDI MORTIMER TRADITA MAGISTRO MICHAELI DE HESTON. ANNO CONSECRACIONIS EPISCOPI OCTAVO. —Johannes [etc.] dilecto in Christo filio . . . Archidiacono Wynton vel ejus Officiali salutem [etc.]. Quia custodiam ecclesie de Wordi Mortimer nostre diocesis vacantis per resignacionem Henrici de Mortuo Mari nuper Rectorem se dicentis ejusdem dilecto filio Magistro Michaeli de Heston clerico per nobilem virum dominum E. de Mortuo Mari militem ejusdem ecclesie verum patronum presentato commisimus; graciose vobis mandamus quatinus dictum magistrum Michaelem vel procuratorem suum in dicte ecclesie corporalem possessionem per vos vel per alium inducatis ac defendatis inductum. Data apud Byterne xij°. Kalendas Octobris. Anno domino m°. cc°. Octogesimo nono. Consecracionis nostre Octavo.

[*Aug. 28. The Bishop orders the induction of Henry de Dunelmo to the Rectory of Letherhead.*]

MANDAT EPISCOPUS ARCHIDIACONO SURRYE VEL EJUS OFFICIALI UT INDUCAT HENRICUM DE DUNELMO IN ECCLESIAM DE LEDREDE.—Johannes [etc.] dilecto filio . . . Archidiacono Surreye vel ejus Officiali salutem [etc.]. Cum nos Henricum de Dunelmo subdiaconum ad ecclesiam de Ledrede vacantem, a vero ejusdem ecclesie patrono legitime presentatum admiserimus et Rectorem

anulo nostro investiverimus in eadem, vobis mandamus quatinus eundem Henricum vel procuratorem suum in corporalem possessionem per vos vel per alium inducatis et defendatis inductum. Data apud Wautham v°. Kalendas Septembris. Anno domini ut proximo supra.

[*1289, Oct. 14. Institution of Thomas de Sancto Johanne to the Rectory of Chawton.*]

INSTITUCIO THOME DE SANCTO JOHANNE IN POSSESSIONEM ECCLESIE DE CHAUTON.—Memorandum quod ij Idus Octobris apud Suwerk anno domini m°. cc°. Octogesimo nono. Consecracionis domini Octavo institutus fuit Thomas de Sancto Johanne Subdiaconus in ecclesiam de Chauton vacantem per resignacionem Willelmi de Wanbrige nuper Rectoris ejusdem ad presentacionem nobilis viri domini Johannis de Sancto Johanne.

[*Oct. 20. The Bishop bestows the* commendam *of the Rectory of Farlington on Mag. Eudo de Sterton.*]

COMMENDAT DOMINUS ECCLESIAM DE FARLINGTON MAGISTRO EUDONI DE SERTON (*sic*).—Johannes Dei gracia etc. magistro Eudoni de Sterton etc. Ecclesiam de Farlington nostre diocesis vacantem tibi secundum formam Concilii Lugdunensis utilitate ipsius Ecclesie suadente tenore presentium commendamus. In cujus rei testimonium etc. Data Wyntonie, xiii°. Kalendas Novembris. Anno Consecracionis nostre Octavo.

[*Oct. 20. The Bishop commissions the Archdeacon of Norwich and others in respect of the presentation made to him by the Convent of Hyde of Gilbert de Popham as Rector of Alton.*]

COMMISSIO FACTA ARCHIDIACONIS NORWYCENSI ET WYNTONIENSI ET ALIIS SUPER PRESENTACIONE ECCLESIE DE AUTON VACANTIS.—Johannes [etc.] dilectis filiis magistris Thome Norwycensi Philippo Wyntoniensi Archidiaconis et H. de Symplingham Officiali nostro salutem etc. In negocio presentacionis nobis facte per . . . Abbatem et Conventum de Hyda de magistro Gilberto de Poppam capellano ad ecclesiam de Auton nostre diocesis vacantem, ut dicitur, et in omnibus et singulis presentacionem hujusmodi contingentibus vobis vices nostras committimus in solidum per presentes. Data Wyntonie xiij. Kalendas Novembris. Anno Consecracionis nostre Octavo.

[*Same date. The Bishop's commissaries deliver the custody of the Rectory of Alton to G. de Popham during pleasure.*]

EXECUTIO CUSTODIE TRADITE MAGISTRO GILBERTO DE POPHAM.—Thomas Norwycensis, P. Wyntoniensis Archidiaconi

ac H. de Simplingham Officialis venerabilis patris domini J. dei gracia Wynton episcopi ipsius patris speciales commissarii discreto viro . . . Officiali domini archidiaconi Wyntonie salutem in domino. Auctoritate qua fungimur in hac parte quam vobis mittimus inspiciendam nobisque per latorem presentium fideliter remittendam vobis mandamus quatinus magistrum Gilbertum de Poppam presbiterum ad ecclesiam de Auton Wynton diocesis vacantem per Religiosos viros . . . abbatem et Conventum de Hyda dicto domino presentatum, cui ipsius ecclesie custodiam prefati patris auctoritate commisimus, quousque eam duxerimus revocandam in corporalem dicte ecclesie possessionem inducatis et defendatis iuductum. Data Wyntonie xiij. Kalendas Novembris. Anno domini M°. cc°. Octogesimo nono.

[*Nov. 29. Admission of Jordan de Pontesbourn to Linkenholt Rectory.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE LYNKEWOLDE VACANTEM ETC.—Johannes [etc.] dilecto filio . . . Archidiacono nostro Wynton
[Fo. 7b.] vel ejus Officiali salutem etc. Cum nos Jordanum de Pontesbourn clericum ad ecclesiam de Lynkenold nostre Diocesis vacantem ad presentacionem Religiosorum virorum Abbatis et Conventus Gloucestrie admiserimus et Rectorem instituerimus in eadem: vobis mandamus quatinus dictum J. in corporalem possessionem dicte ecclesie inducatis et defendatis inductum. Contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam compescentes. Data apud Stockwell in vigilia sancti Andree. Anno Domini m°. cc°. Octogesimo nono. Consecracionis nostre Octavo.

[*Dec. 3. The Bishop directs the Institution of dn. John de Drokeneford to the Rectory of South Tidworth.*]

INSTITUCIO DOMINI JOHANNIS DE DROKENESFORD IN POSSESSIONEM ECCLESIE DE TODEWORTH.—Johannes Dei gracia etc. Archidiacono nostro Wynton vel ejus Officiali salutem etc. Cum nos Johannem de Drokeneford clericum ad ecclesiam de Thodeworth nostre diocesis vacantem, ad presentacionem Johannis le Doun admiserimus et Rectorem instituerimus in eadem; vobis mandamus quatenus dictum J. vel procuratorem suum in dicte ecclesie corporalem possessionem inducatis et defendatis inductum. Data apud Stokwell iij°. Nonas Decembris. Anno domini ut supra.

[*Dec. 3. Mandate for the induction of Solomon de Roffa to a prebend in the Church of Romsey with a portion of the said Church.*]

LITTERA DOMINI EPISCOPI ARCHIDIACONO WYNTON VEL EJUS OFFICIALI UT INDUCAT DOMINUM SALOMONEM DE ROFFA IN

POSSESSIONEM PREBENDE IN ECCLESIA DE ROMESEYE VACANTIS.—Johannes dei gracia etc. Archidiacono Wynton vel ejus Officiali salutem etc. Cum nos dominum Salomonem de Roffa clericum ad prebendam cum porcione ecclesie Sancti Laurencii et aliis suis pertinenciis in ecclesia de Romeseye ad presentacionem Religiosarum monialium . . . Abbatisse et Conventus de Romeseye admiserimus; vobis mandamus quatinus dictum S. vel procuratorem suum ejus nomine in corporalem possessionem dicte prebende et porcionis predicte necnon jurium ad eandem porcionem spectantium inducatis et defendatis inductum. Data apud Stokwell iij. Nonas Decembris. Anno Consecracionis nostre Octavo.

[*Dec. 25. Giles the Englishman collated to the Rectory of Bramdean to be inducted into the same.*]

COLLACIO ECCLESIE DE BROMDENE EGIDIO ANGLICO.—Johannes dei gracia etc. Officiali nostro Wynton salutem [etc.]. Quia ecclesiam de Bromdene nostre diocesis vacantem et ad nostram collacionem pleno jure spectantem, Egidio dicto Anglico contulimus intuitu caritatis, vobis mandamus quatinus ipsum in corporalem possessionem dicte ecclesie inducatis et defendatis inductum. Data apud Suwerk viij°. Kalendas Januarii. Anno ut supra.

[*Jan. 1. The Bishop's letters patent announcing his Ordination to the Subdiaconate and admission to the Rectory of Farnborough of Stephen de Certeseye.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE FARNBERGH.—Universis etc. J. permissione divina Wynton episcopus salutem etc. Universitati vestre notum facimus per presentes nos Stephanum de Certeseye clericum ad ecclesiam de Farnbergh nostre diocesis vacantem nobis presentatum quem ad titulum ipsius ecclesie die sabbati quatuor temporum mensis Decembris anno domini infrascripto in ecclesia de Lameheth in subdiaconum ordinavimus ad predictam ecclesiam de Farenbergh ad presentacionem Johannis de Farenbergh admisimus et Rectorem anulo nostro investivimus in eadem. Has literas nostras patentes sibi concedentes in testimonium premissorum. Data apud Suwerk. Kalendis Januarii. m°. cc°. Octogesimo nono. Consecracionis nostre Octavo.

[*Jan. 19. Admission of Jordan de Crondal to the Vicarage of Send, Patrons the Convent of Newark, Ripley, Surrey.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE SENDE AD PRESENTACIONEM PRIORIS ET CONVENTUS NOVI LOCI.—Memorandum quod xiiij. Kalendas Februarii. anno domini supradicto Jordanus de Crondal capellanus admissus fuit ad Vicariam de Sende ad presentacionem

Religiosorum virorum . . . Prioris et Conventus de Novo loco, et habuit litteras admissionis et institucionis apud Suwerk.

[*Jan. 21. Collation of John Golding to the Rectory of Nursling.*]

COLLACIO ECCLESIE DE NOTESILLING JOHANNI GOLDING SUBDIACONO.—Item memorandum quod xij. Kalendas Februarii. anno domini supradicto collata fuit ecclesia de Notesilling Johanni Golding subdiacono per dominum . . . episcopum, et super hoc habuit idem unam litteram collacionis et inductionis . . . Archidiacono Wynton. vel ejus Officiali apud Suwerk.

[*Jan. 25. Admission of John de Leycester as Vicar of Crondall. Patron, John de Berewyk, Rector.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE CRONDALE AD PRESENTACIONEM DOMINI JOHANNIS DE BEREWYK.—Item memorandum quod apud Suwerk viij. Kalendas Februarii. anno domini ut supra ad presentacionem domini Johannis de Berewyk Rectoris ecclesie de Crondale Johannes de Leycestre admissus fuit ad Vicariam ecclesie predicte et litteram Archidiacono Wynton. vel illius Officiali super ipsius inductione in corporalem possessionem optinuit.

[*March 24. Custody of the Vicarage of Nether Wallop entrusted to Richard de Wenlop.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE WENLOP INFERIORI.—Item apud Kympton ix. Kalendas Aprilis commissa fuit custodia vicarie
[Fo. 8a.] de Wenlop inferiori | Ricardo de Wenlop Capellano presentato per Rectorem ejusdem ecclesie.

[*1290, April 2. The Bishop directs the admission of Mag. William de Wenling to the custody of Burghclere Rectory.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE BURCLERE.—Johannes dei gracia etc. . . . Officiali nostro Wynton. vel Magistro ·ly· Rectori ecclesie de Baghurst salutem etc. Cum nos ecclesie custodiam de Burclere nostre diocesis nostrique patronatus magistro Willelmo de Wenling clerico nostro duximus (*sic*) committendam, vobis mandamus quatinus dictum magistrum W. vel ejus procuratorem in corporalem possessionem inducatis vel induci faciatis, et defendatis inductum. Contradictores et rebelles si quos inveneritis per censuram ecclesiasticam compescentes. Data apud Dounton iiij. Nonas Aprilis. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo.

[*Same date. The Bishop directs the Induction of Mag. Henry de Rowadon whom he has collated to the Rectory of Easton-juxta-Wynton.*]

COLLACIO ECCLESIE DE ESTONE.—Johannes [etc.] . . . Officiali suo vel . . . Decano Wyntonie salutem etc. Quia ecclesiam

de Eston juxta-Wynton nostre diocesis nostrique patronatus magistro Henrico de Rowadon presbitero et clerico nostro contulerimus intuitu caritatis ipsumque Rectorem instituerimus in eadem, vobis mandamus quatinus vos vel alter vestrum dictum magistrum H. vel procuratorem suum in corporalem possessionem dicte ecclesie cum omnibus suis juribus et pertinenciis inducatis et defendatis inductum. Contradictores et rebelles si quos inveneritis per censuram ecclesiasticam compescendo . . . Data ut supra. Consecracionis nostre anno Octavo.

[*Same date. Similar direction on the Collation of Mag. Wm. de Essex to the Rectory of Chilcomb.*]

COLLACIO ECCLESIE DE CHILTECOMBE MAGISTRO WILLELMO DE ESSEXIA.—Johannes dei gracia etc. Officiali suo vel . . . Decano Wyntonie salutem etc. Cum nos ecclesiam de Cheltecomb (*sic*) nostre diocesis nostrique patronatus magistro Willelmo de Essexia clerico nostro contulerimus intuitu caritatis, vobis vel alteri vestrum mandamus quatinus dictum magistrum W. vel ejus procuratorem in corporalem possessionem ejusdem ecclesie cum omnibus suis juribus et pertinenciis inducatis et defendatis inductum. Contradicentes [etc. *as last*]. Data ut proximo supra.

[*Easter Day (April 2). Mandate for the Collation of William de Welewyk to Brightstone Rectory, I.W.*]

COLLACIO ECCLESIE DE BRISTESTON DOMINO WILLELMO DE WELEWYK.—Johannes [etc.] . . . Officiali nostro vel Decano de Insula salutem etc. Cum ecclesiam de Bristeston nostre diocesis nostrique patronatus Willelmo de Welewyk subdiacono contulerimus intuitu caritatis, vobis vel alteri vestrum mandamus quatinus dictum W. vel ejus procuratorem in corporalem possessionem ejusdem ecclesie inducatis et inductum per censuram ecclesiasticam si necesse fuerit defendatis. Data apud Donton die Pasche Anno ut supra.

[*April 4. Admission of Walter de Langeton, King's clerk, to the Rectory of Nether Wallop.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE WALLOP.—Johannes dei gracia etc. . . . Archidiacono suo Wynton. salutem etc. Cum ad presentacionem domini Bugonis de Clare Thesaurarii ecclesie Eboracensis patronum (*sic*) ecclesie de Wallop inferiori Walterum de Langeton domini . . . Regis Anglie illustris clericum ad dictam ecclesiam de Wallop admiserimus intuitu caritatis et ipsum Rectorem instituerimus in eadem: vobis mandamus quatinus dictum Walterum vel ejus procuratorem in corporalem possessionem ejusdem ecclesie

inducatis vel induci faciatis, et inductum defendatis. Contradicentes [etc.] compescendo. Data apud [*sic*] ij. Nonas Aprilis. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo. Consecracionis vero nostre Octavo.

[*April 3. Mandate for the Induction of Robert (or William) de Wynefred collated as Rector of Ovington.*]

COLLACIO ECCLESIE DE OVINGTON MAGISTRO WILLELMO DE WYNIFRED.—Johannes dei gracia etc. Officiali nostro salutem etc. Quia ecclesiam de Ovington nostre Diocesis vacantem et ad nostram collacionem pleno jure spectantem dilecto filio magistro Roberto de Wynefred clerico contulimus intuitu caritatis ipsumque Rectorem investivimus de eadem, vobis mandamus quatinus dictum R. vel ejus procuratorem in corporalem possessionem dicte ecclesie inducatis et defendatis inductum. Data apud Bromore iij. Nonas Aprilis. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo. Consecracionis nostre Octavo.

[*Thursday in Easter Week, April 6. On the resignation of Walter de Cumba, Rector of Alverstoke, the Bishop immediately conferred the Rectory on John de Welewyk then present and caused him to be inducted.*]

INDUCTIO JOHANNIS DE WELEWYK IN POSSESSIONEM ECCLESIE DE ALWARESTOK.—Memorandum quod die Jovis in septimana Pasche videlicet Octavo Idus Aprilis. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo. Consecracionis episcopi Octavo apud Alwarestoke dominus Walterus de Cumba Rector ecclesie de Alwarestok ipsam ecclesiam in manus Domini J. Wyntoniensis episcopi predicti loci diocesani sponte et pure resignavit: quam quidem ecclesiam idem dominus episcopus in continenti contulit Johanni de Welewyk tunc presenti et ipsum J. statim in corporalem possessionem dicte ecclesie induci fecit per suos clericos ibi presentes.

[*No date. Apparently a specimen letter of Institution.*]

INSTITUTIO AD VICARIAM.—Johannes [etc.] dilecto filio . . . Archidiacono Wintonie vel ejus Officiali salutem [etc.].
[Fo. 8b.] Quia R. de . . . Capellanum ad Vicariam de . . . Monachorum vacantem ad presentacionem Religiosorum virorum . . . Prioris et Conventus de . . . admisimus et Vicarium anulo nostro investivimus de eadem: vobis mandamus quatinus eundem R. in corporalem possessionem dicte vicarie inducatis et defendatis inductum. Data apud Suwerk etc.

[*May 8. Admission of Alexander Rayner to the Rectory of Ewell.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE EWELLE.—Memorandum quod viij°. Idus Maii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo admissus fuit

magister Alexander dictus Rayner ad ecclesiam de Ewell ad presentacionem Abbatis et Conventus de Certeseye et super inductione corporali habuit litteram . . . Archidiacono Surreye directam. Data apud Suwerk.

[*May 14. The Bishop, in compassion of the poverty of the Priory of St. Swithun, Winchester, bestows upon them the patronage of the Churches of Enford and of Overton with the Chapel of Alton Priors.*]

CONCESSIO. JUS PATRONATUS ECCLESIARUM DE ENEFFORD ET DE OVERTON CUM CAPELLA DE AULTON PRIORI ET CONVENTUI WYNTONIE.—Universis presentes literas inspecturis Johannes permissione divina episcopus Wyntoniensis salutem etc. Licet de paterna sollicitudine omnibus ecclesiis nobis subjectis teneamur astricti: ecclesie tamen seu Capitulo nostro Wyntonie qui sicut membra nobis ut capiti uniuntur ut unum corpus in Domino faciamus specialis dilectionis prerogativa in caritatis viceribus copulamur. Compatientes igitur dilectorum filiorum . . . Prioris et Conventus ecclesie nostre Wyntoniensis laboribus et angustiis que hactenus sunt perpessi, eosdem de paterna pietate in quibus possumus relevare volentes jus patronatus quod in ecclesiis de Enesford et de Overton cum capella de Aulton eidem ecclesie de Overton annexa Sarum diocesis in eorum maneriis existentibus optinemus eisdem et successoribus suis pro nobis et successoribus nostris caritative donamus et concedimus per presentes. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli nostri impressione fecimus communiri. Data apud Suwerk ij. Idus Maii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo. Consecracionis nostre Octavo.

[*June 3. The Bishop, having collated John de Magnach, King's clerk, to the Rectory of Cheriton St. Michael, directs his Official to induct him into the same.*]

COLLACIO ECCLESIE DE CHIRITONE.—Johannes Dei gracia etc. Officiali suo salutem etc. Quia ecclesiam de Chiriton nostre diocesis vacantem per resignacionem magistri Willelmi de Monte Gangerii nuper Rectoris ejusdem et ad nostram collacionem pleno jure spectantem dilecto in Christo filio Johanni de Magnacho clerico domini Regis contulimus intuitu caritatis, vobis mandamus quatinus eundem J. vel ejus procuratorem in corporalem possessionem dicte ecclesie inducatis [etc.]. Data apud Suwerk iij. Nonas Junii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo. Consecracionis nostre Octavo.

[*Same date. The Bishop's letter of Collation to the Rector of Cheriton.*]

LITERA COLLACIONIS ECCLESIE DE CHIRITON FACTA MAGISTRO JOHANNI DE MAGNACHO CLERICO.—Johannes [etc.] dilecto filio ma-

gistro Johanni de Magnacho clerico salutem etc. Ecclesiam de Chiriton nostre diocesis vacantem [*as above* . . . spectantem] tibi tenore presentium conferimus intuitu caritatis, teque Rectorem anulo nostro investimus de eadem. In cujus rei etc. Data ut proximo supra.

[*July 13. Admission of John de Marleberg to the Chantry of the Chapel of Oakwood.*]

ADMISIT DOMINUS EPISCOPUS JOHANNEM DE MARLEBERG CAPELLANUM AD CANTARIAM CAPELLE DE ECWODE VACANTEM.—Memorandum quod iij. Idus Julii. anno domini supradicto Johannes de Marleberg capellanus admissus fuit ad Cantariam Capelle de Ecwode ad presentacionem domini Walteri de Fancourt Militis, et super hoc litteram habuit inductionis in consueta forma . . . Archidiacono Surreye vel ejus Officiali sub data apud apud (*sic*) Suwerk die et anno supradictis.

[*Undated. Mandate to the Treasurer of Wolvesey to induct as Chaplain to the Bishop's Chantry at Merewell William le Noreys.*]

DOMINO PAGANO THESAURARIO DE WOLVESEY QUOD INDUCAT W. DICTUM NOREIS IN POSSESSIONEM CANTARIE DE MEREWELLE.—Johannes [etc.] dilecto filio domino Pagano Thesaurario nostro Wolvesey salutem etc. Quia Cantariam sive Capellaniam Capelle nostre de Merewell nostre Diocesis vacantem et ad nostram collacionem pleno jure spectantem dilecto filio Willelmo dicto le Noreys capellano contulimus intuitu caritatis; vobis mandamus quatinus eundem Willelmum in corporalem possessionem dicte Cantarie et jurium et pertinencium ad eandem per vos vel per alium inducatis et defendatis inductum. Facientes sibi sicut ceteris [Fo. 9a.] Capellanis ibidem commorantibus necessaria in omnibus ministrari. Data | apud Wolvesey Anno Consecracionis nostre Octavo.

[Two lines left blank.]

[*June 17. Collation of John de Welewyk to the Rectory of Brightstone.*] (Rubricated heading omitted.)

Johannes [etc.] dilecto in Christo filio domino Johanni de Welewyk presbitero salutem etc. Ecclesiam de Britcheston nostre Diocesis vacantem et ad nostram collacionem pleno jure spectantem cum omnibus suis juribus pertinenciis et commoditatibus quibuscunque ad eandem quoquo modo spectantibus tibi conferimus intuitu caritatis et te Rectorem instituimus in eadem. In cujus rei etc. Data apud Waltham xv. Kalendas Julii. Anno Consecracionis nostre ix°.

NONUS.

[*Nov. 9. The Bishop instructs his Official to admit William de Humfrayvile, presented to the Rectory of Werewell, if he find it to be actually vacant.*]

EPISCOPUS OFFICIALI SUO QUOD SI CONSTITERIT EI DE VACACIONE ECCLESIE DE WEREWELL ADMITTAT DOMINUM W. DE HUMFRAYVIL AD EANDEM.—Johannes [etc.] . . . Officiali nostro salutem [etc.]. Presentarunt nobis Religiose domine . . . Abbatissa et Conventus de Werewell dominum Willelmum de Humfrayvile ad ecclesiam de Werewell cum suis pertinenciis in earum Conventuali ecclesia porcionariam seu prebendalem vacantem, et ad earum presentacionem spectantem ut dicunt. Quocirca vobis mandamus quatinus si vobis de vacacione dicte ecclesie constiterit dictum dominum W. ad eandem vice et auctoritate nostra admittatis etc. Data apud Suwerk v°. Idus Novembris. Anno domini M°. cc°. Nonagesimo. Consecracionis vero nostre Nono.

[*Same date. Mandate for the Induction of Richard de Boclinton to the Rectory of Clendon Regis.*]

INDUCTIO ECCLESIE DE CLENDON.—Johannes dei gracia etc. Archidiacono Surreye vel ejus Officiali salutem etc. Quia Ricardum de Boclinton clericum ad ecclesiam de Clendon Regis admisimus etc., vobis mandamus quatinus ipsum R. in corporalem possessionem [etc.]. Data ut proximo supra.

[*Nov. 10. Mandate for the Induction of John de Ropeley to the Rectory of Kingsworthy.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE WORDIA REGIS.—Johannes dei gracia etc. Archidiacono Wynton. vel ejus Officiali salutem etc. Quia Johannem de Ropeley clericum ad ecclesiam de Wordia Regis vacantem per resignacionem Johannis de Leke nuper Rectoris ejusdem ad presentacionem Religiosorum virorum . . . abbatis et Conventus de Hyda admisimus etc., vobis mandamus quatinus ipsum vel procuratorem suum in corporalem possessionem [etc.]. Data apud Suwerk iiij°. Idus Novembris. Anno domini M°. cc°. Nonagesimo. Consecracionis nostre Nono.

[*July 15. Mandate for the Induction of Bogo de Cnovile, Junior, on the King's presentation to the Rectory of Grateley in the person of his Custodian.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE GRATELE. ADMISSUS BOGO DE CNOVIL AD PRESENTACIONEM DOMINI REGIS ANGLIE.—Johannes [etc.] dilecto filio . . . Archidiacono Wynton vel ejus officiali salutem [etc.]. Quia dilectum filium Bogonem filium Bogonis de Cnovile militis juniorem ad presentacionem domini E. dei gracia illustris

Regis Anglie ad ecclesiam de Gratele vacantem admisimus graciose; ipsiusque ecclesie et persone predicte presentate custodiam dilecto in Christo filio magistro Thome de Brideport Juris canonici professori commisimus de nostra gracia speciali; vobis mandamus quatinus eundem magistrum Thomam custodem nomine prefati B. presentati vel ipsius custodis procuratorem legitimum in corporalem possessionem [etc.]. Data apud Suwerk Idus Julii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo. Consecracionis nostre Nono.

[*Same date. Custody of the Rectory and Rector of Grateley committed to Mag. Thomas de Brideport.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE GRATELE TRADITA MAGISTRO THOME DE BRIDEPORT.—Johannes dei gracia etc. Magistro Thome de Brideport Juris Canonici professori salutem etc. Acceptantes grata servicia que nobis et ecclesie nostre tam utiliter quam frequenter hactenus impendistis et impendetis Deo propicio in futurum, vobiscum nostre sollicitudinis onera duximus impertiri. Vestre itaque industrie et discretionis merita ac condicionem et statum dilecti filii Bogonis Junioris domini Bogonis de Cnovile Militis ad ecclesiam de Gratele nostre diocesis vacantem per dominum E. dei gracia Regem Anglie illustrem nobis presentati et per nos admissi graciose attendentes ipsius ecclesie et etiam persone presentate custodiam usque ad ipsius etatem legitimam vestre industrie committimus per presentes. Intima affectione intendentes amicicie vestre cum ad hoc facultas se optulerit concedente domino uberius providere. In cujus rei testimonium etc. Data apud Westmonastr. Idus Julii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo. Consecracionis nostre Nono.

[Fo. 9b.]

[*Same day. Mandate for the Induction of Bogo de Cnovile, Senior, to the Rectory of Dean Maudut on the King's presentation, custody being committed to Mag. A. de Lyntford, Clerk.*]

ADMISIT DOMINUS . . . EPISCOPUS BOGONEM DE CNOVILE AD ECCLESIAM DE DENE MAUDUT AD PRESENTACIONEM DOMINI . . . REGIS.—Johannes [etc.] . . . Archidiacono vel ejus Officiali salutem [etc.]. Quia dilectum filium Bogonem [filium Bogonis][1] de Cnovile Militis seniorem ad presentacionem domini E. dei gracia illustris Regis Anglie ad ecclesiam de Dene Maudut nostre diocesis vacantem admisimus graciose; ipsiusque ecclesie et persone presentate predicte custodiam dilecto filio magistro A. de Lyntford clerico commisimus de nostra gracia speciali; vobis mandamus quatinus

---

[1] These words omitted in MS.

eundem custodem nomine prefati B. presentati in corporalem possessionem dicte ecclesie [etc.]. Data apud Suwerk Idus Julii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo. Consecracionis nostre Nono.

[*July 14. Custody of the Rectory and Rector of Dean Maudut (prob. East Dean) entrusted to Mag. A. de Lyntford. Provision to be made from the fruits of this benefice for the education and maintenance of both brothers.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE DEAN MAUDUT ET PERSONE AD EANDEM PRESENTATE TRADITA MAGISTRO A. DE LIMFORD (*sic*).—Johannes dei gracia etc. Magistro A. de Lyntford salutem etc. Prudencie tue et circumspectionis merita ac condicionem seu statum dilecti filii Bogonis filii domini Bogonis de Cnovile militis ad ecclesiam de Dene Maudut nostre diocesis vacantem per dominum E. dei gracia Regem Anglie illustrem presentati propensius attendentes custodiam dicte ecclesie et persone presentate ad eandem usque ad ipsius etatem legitimam tue sollicitudini committimus per presentes. Proviso quod prefatum Bogonem presentatum et Bogonem fratrem suum juniorem de fructibus prefate ecclesie in scolis honorifice exhibeas et eisdem durante dicta Custodia necessaria administres. In cujus rei testimonium etc. Actum et datum apud Westmonastr. ij. Idus Julii. Anno domini supradicto.

[*Feb. 15. Mandate for the induction of Laurence de Sancto Michaele to the Rectory of Dogmersfield on the presentation of the Bishop of Bath and Wells.*]

ADMISIT DOMINUS EPISCOPUS LAURENTIUM DE SANCTO MICHAELE AD ECCLESIAM DE GODMEREFELD AD PRESENTACIONEM BATHONENSIS EPISCOPI.—Johannes [etc.] . . . officiali . . . Archidiaconi Wynton vel . . . Decano de Basingstok salutem etc. Quia Laurentium de Sancto Michaele presbiterum ad ecclesiam de Godmerefeld nostre diocesis vacantem ad presentacionem venerabilis fratris nostri domini R. Bathonensis et Wellensis episcopi admisimus, ipsumque Rectorem anulo nostro investivimus de eadem, vobis mandamus quatinus eundem L. vel suum procuratorem in corporalem possessionem [etc.]. Data apud Suwerk xv. Kalendas Marcii. Anno Consecracionis nostre Nono.

[*1291, April 10. Simon le Doun, admitted to the Rectory of Thruxton more than three years before, not having taken Priest's Orders within the Statutory time, the Bishop admits Mag. H. de S. to the same as vacant, and directs his Induction.*]

ADMISIT DOMINUS EPISCOPUS MAGISTRUM H. DE S. AD ECCLESIAM DE TURCLESTON AD PRESENTACIONEM J. DE C.—Johannes dei gracia etc. dilecto filio . . . Archidiacono nostro Wynton vel ejus Officiali seu . . . Decano de Andevere salutem etc. Quia

pupplicum est et notorium quod Simon le Doun triennio jam elapso et amplius ad ecclesiam de Thorkylston nostre diocesis per J. de C. verum ejusdem ecclesie patronum presentatus, et ad eandem auctoritate nostra admissus infra annum a tempore sibi commissi regiminis non fecit se in presbiterum ordinari nec etiam adhuc sit in presbiterum ordinatus, pro ut per inquisicionem apparet super hiis factam legitime evidenter propter quod ab eadem ecclesia ipso jure est privatus secundum canonicas sanctiones, vobis mandamus quatinus Magistrum H. de S. clericum ad prefatam ecclesiam ut premittitur vacantem per prefatum J. nobis legitime presentatum quem ad eandem ecclesiam admisimus et Rectorem anulo investivimus de eadem vel ejus procuratorem in prefate ecclesie possessionem corporalem inducatis et auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam defendatis inductum. Contradictores et rebelles si qui fuerint in hac parte censura simili compescentes. Premissum mandatum nostrum per eum cui illud prius contigerit presentare volumus et precipimus in virtute sancte obediencie cum celeritate omnimoda executioni debite demandare. Jure Archidiaconi ejusdem loci in omnibus semper salvo. Data apud Merewell iiij°. Idus Aprilis. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo primo. Consecracionis nostre Nono.

[*May 9. Admission of Hugh de Ryston to the Vicarage of Boldre.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE BOLRE VACANTEM.—Memorandum quod vij. Idus Maii. anno domini supradicto Hugo de Ryston presentatus per . . . Priorem et Conventum Christi Ecclesie de Twynham ad vicariam ecclesie de Bolre vacantem admissus fuerat apud Abboteregg et super inductione sua litteras in consueta forma ad Archidiaconum Wynton vel ejus Officialem optinuit.

[Fo. 10a.]

[*April 24. Admission of Henry Urri to the Rectory of Mottiston, I. of Wight.*]

MOTERESTONE.—Item memorandum quod viij°. Kalendas Maii. anno domini supradicto Henricus Urri presentatus ad ecclesiam de Moterestoń in Insula Vecta admissus fuerat apud Werewell et super inductione sua litteras in consueta forma ad . . . Archidiaconum Wynton vel ejus Officialem optinuit.

[*May 1. Admission of Thomas de Arundel to the Vicarage of St. Helen's, Isle of Wight.*]

ADMISSIO THOME DE ARUNDEL CAPELLANI AD VICARIAM SANCTE ELENE IN INSULA.—Item memorandum quod Kalendis Maii anno domini supradicto Thomas de Arundel capellanus presentatus ad vicariam Sancte Elene in Insula Vecta vacantem ad-

missus fuerat apud Borommore et super inductione sua litteras in consueta forma ad . . . Archidiaconum Wynton optinuit.

[*April 5. Dissensions having arisen between Paganus, Rector of Hursley, and John de Sancta Fide, who without canonical authority was acting as Vicar of the same Parish, the parties submitted themselves absolutely to the Bishop, and this public instrument contains his decision. Hursley was properly subject to a single rule, not to that of a Rector and perpetual Vicar. The Council of Tours had prohibited the division of such Parishes. The alleged institution of John by the Official of the late Aymer, Elect of Winchester, would accordingly be invalid. The Bishop therefore collates John to the Church of St. Faith juxta-Wynton, in his own patronage, reserving 40 shillings of the revenue of the Church of Hursley for him as Rector, the house which he occupied as pretended Vicar of Hursley to be transferred to the Manse of the Rectory of St. Faith, at the expense of Paganus, who is also to pay John an annual pension of 40 shillings, to cease should the Bishop confer on John a richer benefice. Moreover, since the Church of Hursley is not attached to any Prebend, nor is there any other reason why it should be served by a perpetual Vicar, the Bishop decrees that for the future it should not be so served, but by the Rector only or temporarily by a fit Chaplain. Official confirmation and publication of this decree, with the names of witnesses attached.*]

ORDINACIO DOMINI EPISCOPI FACTA INTER DOMINUM PAGANUM[1] RECTOREM ECCLESIE DE HURSELE ET VICARIUM EJUSDEM ECCLESIE.—In nomine domini Amen. Universis per presens instrumentum publicum appareat evidenter quod orta questionis et discencionis materia inter discretum virum dominum Paganum Rectorem ecclesie de Hursele Wyntoniensis diocesis ex parte una et Johannem de Sancta Fide qui se pro vicario ejusdem ecclesie gerebat ex altera super eo videlicet quod dicta ecclesia unius debebat regimini deputari, et maxime super eo quod idem Johannes canonicum ingressum in ipsa vicaria non habebat, ut sibi imponebatur, eedem partes litium amfractus in hac parte in omnibus evitare cupientes, gracie ordinacioni et diffinicioni venerabilis patris domini J. dei gracia Wynton episcopi se pure sponte de alto et basso in omnibus et per omnia juramento corporali ad hoc prestito submiserunt. Unde idem dominus episcopus submissionem hujusmodi admittens inter eas partes ordinavit sub forma inferius annotata. Universis sancte matris ecclesie filiis ad quos presentes litere pervenerint Johannes permissione divina Wyntoniensis episcopus salutem in Domino. Officii nostri debitum remediis invigilat subditorum. Dum enim eorum scandala excutimus et materiam litium amputamus in eorum quiete quiescimus et fovemus in pace. Suborta igitur inter dilectos filios Paganum Rectorem ecclesie de Hursele nostre diocesis et Johannem de Sancta Fide, qui se gerebat pro vicario in eadem, materia questionis, super eo videlicet quod dicta ecclesia unius

---

[1] Paganus de Lyskeret had been collated to Hursley by Pontissara, Dec. 1284, see p. 16.

debeat regimini deputari cum Concilium Turonense[1] hujusmodi beneficiorum sectiones prohibeat ne casus ibidem emineat in quo debeat de jure eidem ecclesie per vicarium perpetuum deserviri, et maxime super eo quod idem Vicarius de Institucione sua canonica nisi de quadam institucione sibi facta per magistrum Robertum de Caremle Thesaurarium Sarum quondam Officialem ut pretenditur bone memorie Aldamari Wyntoniensis electi tunc agentis in remotis docere non potuit: quoquo modo dicti Paganus et Johannes super hiis anfractus litium evitantes gracie nostre ordinacioni et diffinicioni se pure sponte de alto et basso in omnibus et per omnia corporali juramento prestito submiserunt.

Nos itaque Dei nomine invocato submissionem hujusmodi admittentes tam prefate ecclesie de Hursele quam Rectori ejusdem tam etiam Johanni vicario antedicto paterna sollicitudine providere et cum eisdem graciose agere volentes; ipsi Johanni ecclesiam Sancte Fidis juxta Wynton que nostre advocacionis existit, et ad nos ejusdem collacio pertinet jure nostro ad presens vacantem conferimus et Rectorem ipsum instituimus in eadem, ipsum ab onere vicarie prefate totaliter absolventes. Ita tamen quod pro bono pacis de proventibus ipsius ecclesie sepedicto Johanni xl. solidi quo ad vixerit singulis annis in festo Nativitatis Sancti Johannis Baptiste quos eidem per presentem nostram ordinacionem solvi precipimus per Rectorem ejusdem qui nunc est et per Rectores qui pro tempore fuerint persolvantur. Et domos in quibus ipse inhabitavit, dum pro vicario in ecclesia de Hursele se gerebat ad mansum ecclesie Sancte Fidis totaliter transferre valeat sumptibus Pagani Rectoris ecclesie de Hursele antedicti, ad quarum translacionem ipsum in xl. solidorum in continenti prefato Johanni solvendorum pretium pensionem annuam superius annotatam etiam nomine condempnamus, ab cujus utique pensionis annulo solutione cessare volumus omnino si eidem Johanni in beneficio ecclesiastico uberiori per nos contigerit provideri, ac eidem Johanni super omnibus aliis sepedictam ecclesiam de Hursele vel vicariam contingentibus perpetuum silentium imponimus per presentes.

Et insuper cum prefata ecclesia de Hursele prebende cuiquam annexe (*sic*, *lege* annexa) non fuerit nec alias sit | casus in quo
[Fo. 10b.] eidem debeat per perpetuum vicarium [deserviri][2], eandem vicariam ex causis superius annotatis eidem Rectori ecclesie et Rectoribus qui pro tempore fuerint consolidamus perpetuo per presentes. Statuentes ut eidem ecclesie amodo non per vicarium per-

[1] The eleventh 'General' Council held at Tours under Alexander III in 1163 endeavoured to reform ecclesiastical abuses.

[2] Needed to complete the sense.

petuum set per Rectorem ejusdem vel Capellanum ydoneum pro tempore serviatur. In cujus rei testimonium presentem paginam ad perpetuam rei memoriam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Et nos sepedicti Paganus et Johannes ordinacioni et diffinicioni prefate consentimus et ipsas in omni sui parte quantum in nobis est recipimus et etiam approbamus et presenti pagine in testimonium consensus et approbacionis prefate sigilla nostra duximus apponenda. Actum et datum Wyntonie. Nonas Aprilis. Anno Domini m°. cc°. Nonagesimo primo. Consecracionis nostre Nono. Acta fuerunt hec in presencia mei notarii pupplici infrascripti in Abbatia de Hyda juxta Wynton anno supradicto die Jovis Nonas Aprilis. Presentibus domino . . . Archidiacono Suffolc. Magistris Johanne de Barton, Johanne le Flemyng, Willelmo de Wenlyng, Nicholao Romein, Willelmo de Combe, Edwardo de Maydenestane, Roberto de Maydenestane et aliis testibus ad hec specialiter et rogatis. Et ego Nicholaus de Wymbisse etc.

[*April 16. Permission to Walter de Langeton to let his Rectory of Wallop to farm for five years, safeguarding the due care of souls, &c.*]

CONCEDIT DOMINUS W. DE LANGETON UT POSSIT DIMITTERE ECCLESIAM SUAM AD FIRMAM.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio domino Waltero de Langeton salutem etc. Tuis precibus inclinati ut ecclesiam tuam de Wallop nostre diocesis alicui ecclesiastice persone per quinquennium ad firmam dimittere valeas tenore presentium, liberam tibi concedimus facultatem. Proviso tamen quod cura animarum in illa minime necligatur nec debitis obsequiis aliquatenus defraudetur. Data apud Clere in crastino Palmarum. Anno domini supradicto.

[*No date. Admission of Hamo de Gatele to the Rectory of Nutfield.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE GATELE [1].—Memorandum quod anno domini supradicto magister Hamo de Gatele clericus presentatus fuit ad ecclesiam de Notfeud vacantem et admissus fuerat apud Suwerk et super hoc litteras in consueta forma ad Archidiaconum Surreye optinuit.

[*July 20. Admission of Hugh de Gudeford to the Vicarage of Mitcham.*]

MICHAM.—Item memorandum quod anno domini supradicto dominus Hugo de Gudeford capellanus presentatus fuit ad vicariam de Micham vacantem et admissus fuerat apud Sutton xiiij°. Kalendas Augusti et super hoc litteras in consueta forma optinuit Archidiacono Surreye.

---

[1] In error for Notfeud.

[*July 20. Admission of Richard de Insula to the Rectory of Lingfield.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE LYNGEFEUD VACANTEM.—Item memorandum [etc.] Ricardus de Insula clericus presentatus fuit ad ecclesiam de Lyngefeud vacantem et admissus fuerat apud Sutton xiiij°. Kalendas Augusti, et super hoc [etc.] optinuit ad . . . Archidiaconum Surreye vel ejus Officialem.

[*Sept. 18. Admission of Ralph de Staunford, King's Chaplain, to the Rectory of Alton.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE AULTON AD PRESENTACIONEM ABBATIS ET CONVENTUS DE HYDA.—Item memorandum [etc.] xiiij°. Kalendas Octobris dominus Radulfus de Staunford Regis Anglie Capellanus ad ecclesiam de Aulton presentatus per Religiosos viros . . . Abbatem et Conventum de Hyda fuit apud Waltham admissus et litteras inductionis optinuit ad Archidiaconum Wynton et . . . Decano (*sic*) de Aulton in consueta forma et litteras patentes similiter universis directas in forma consueta.

[*Sept. 29. Admission of Robert de Chervile to the Rectory of St. John de Montibus (in the Soke) near Winchester.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM SANCTI JOHANNIS DE MONTE PROPE WYNTON.—Item memorandum [etc.] iij°. Kalendas Octobris Robertus de Chervile presbiter ad ecclesiam Sancti Johannis de Montibus presentatus per Priorem et Conventum Sancti Dionisii juxta Suthampton fuit apud Merewell admissus et litteras inductionis optinuit ad Archidiaconum Wynton vel ejus Officialem in forma consueta.

[*Nov. 20. Admission of Walter de Wycombe to the Vicarage of Egham.*]

INSTITUTIO, EGEHAM.—Item memorandum [etc.] xij. Kalendas Decembris Walterus de Wycombe presbiter ad Vicariam de Egeham presentatus per Religiosos viros . . . Abbatem et Conventum de Certesie fuit apud Suwerk admissus et litteras inductionis optinuit ad . . . Archidiaconum Surreye vel ad suum Officialem sub forma consueta.

[*Nov. 17. Admission of Peter de Callandi to a Church unnamed.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE . . .—Item memorandum [etc.] in crastino Sancti Edmundi Archiepiscopi dominus Petrus de Callandi presentatus fuit admissus apud Suwerk et litteras inductionis ad . . . Archidiaconum Surreye optinuit vel suo Officiali (*sic*) sub forma consueta.

[*Nov. 1. Admission of Richard de Trente to the Vicarage of Woking.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE WOKYNGE.—Item memorandum [etc.] in festo omnium sanctorum apud Essere dominus [Fo. 11a.] Ricardus de Trente admissus fuit | ad Vicariam de Wokynge et habuit [etc.] ad Archidiaconum Surreye vel ejus Officialem [etc.].

[*Nov. 30. Custody of the Rectory of St. Mary Magdalen, Bermondsey, entrusted to John de Ecclesia pending his immediate Ordination.*]

CUSTODIA ECCLESIE BEATE MARIE MAGDALENE IN BERMONDESEYE TRADITA JOHANNI DE ECCLESIA CLERICO PRESENTATO AD EAMDEM.—Item memorandum quod secundo Kalendas Decembris. Anno domini supradicto commissa fuit custodia ecclesie beate Marie Magdalene in Bermondeseye vacantis Johanni de Ecclesia clerico ad eandem per Religiosos viros . . . Priorem et Conventum de Bermondeseye presentato, ita quod idem Johannes in proximis ordinibus se faceret ad sacros ordines promoveri super quo habuit litteram directam Archidiacono Surreye vel ejus Officiali.

[*Dec. 5. Custody of the Rectory of All Saints, Clatford, on the presentation of the Convent of Lyra, entrusted to John de Schepey on condition of his immediate Ordination.*]

CUSTODIA ECCLESIE OMNIUM SANCTORUM DE CLATFORD COMMISSA JOHANNI DE SPINETO (*sic*) AD EANDEM PRESENTATO.—Item memorandum quod Nonas Decembris. Anno domini supradicto commissa fuit custodia ecclesie omnium sanctorum de Clatford juxta Andevere vacantis Johanni de Schepey clerico ad eandem per fratrem Johannem de Apres procuratorem Religiosorum virorum . . . abbatis et Conventus de Lyra Ebroicensis diocesis presentato. Ita quod idem Johannes se faciat in proximis ordinibus ad sacros ordines promoveri, et habuit litteram super hoc directam . . . Archidiacono Wynton. vel ejus Officiali.

[*Oct. 23. Admission of Nicholas de Heddeshore to the Rectory of Sutton.*]

INSTITUCIO NICHOLAI DE EDDESHORE AD ECCLESIAM DE SUTTON.—Item memorandum quod x. Kalendas Novembris. Anno domini supradicto loco proxime supradicto admissus fuit Nicholaus de Heddeshore ad ecclesiam de Sutton, et Rector institutus ad presentacionem Abbatis et Conventus de Certeseya et habuit literam . . . Archidiacono Surreye directam in communi forma ad inducendum eum etc. Johannes dei gracia etc. Suppriori ecclesie beate Marie de Suwyk et ejusdem [1]

---

[1] Interrupted at this point. The process is given complete just below.

[*1290, Aug. 15. The Bishop collates Mag. Adam de Lecford to the Vicarage of Andover.*]

COLLATIO VICARIE DE ANDEVERE MAGISTRO ADE DE LECFORD CAPELLANO.—Johannes dei gracia etc. dilecto in Christo filio Ade de Lecford capellano salutem etc. Vicariam ecclesiae de Andevere nostre diocesis vacantem et ad nostram collacionem hac vice spectantem, tibi conferimus intuitu caritatis teque vicarium perpetuum instituimus in eadem. In cujus rei testimonium etc. Data Wyntonie xviij. Kalendas Septembris. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo. Consecracionis nostre Nono.

[Two lines left blank.]

[*1291, Jan. 17. The Bishop, having placed brother Robert de Henton, elected as their Prior by his fellow monks, in charge of the Priory of Southwich, enjoins on the monks due obedience to his authority.*]

LITTERA EPISCOPI SUPPRIORI ET CONVENTUI DE SUWYK DIRECTA UT OBEDIANT TALI TANQUAM PRIORI SUO. N.—Johannes [etc.] dilectis in Christo filiis Suppriori ecclesie beate Marie de Suwyk et ejusdem loci Conventui salutem [etc.]. Quia fratrem Robertum de Henton concanonicum vestrum per vos Priorem electum vobis auctoritate pontificali et ecclesie vestre prefecimus in priorem ac etiam instituimus in priorem perpetuum Ecclesie vestre memorate, vobis mandamus quatinus devocionis et obediencie filii existentes eidem tanquam priori vestro pro ut sancte conversacionis vestre requirit religio obedienciam reverenciam et honorem exhibeatis humiliter et devote ipsi pro ut priori vestro in omnibus sitis canonice intendentes. Sentencias autem quas rite tulerit in rebelles faciemus auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari. Data apud Suwerk xvj°. Kalendas Februarii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo primo. Consecracionis nostre Decimo.

[*Jan. 2. Episcopal grant to a monastery unnamed of the Rectorial rights of a Church unnamed, the Vicarage of the same already appointed remaining.*]

CONCESSIT EPISCOPUS ECCLESIAM DE . . . IN PROPRIOS USUS.—Johannes dei gracia etc. dilectis in Christo filiis etc. Religionis in qua in qua (*sic*) relictis mundi vanitatibus domino deservitis favor exposcit et grata devocionis vestre merita nos inducunt ut vobis et monasterio vestro quatinus in Deo possumus graciam specialem faciamus. Hinc est quod nos pie considerantes quod ad monasterium vestrum predictum hospitum pauperum debilium et infirmorum confluit frequenter non modica multitudo quibus ministrare vite necessaria et alia caritatis et humanitatis opera et subsidia vos oportet; quod vobis grave est non modicum et quam plurimum

onerosum. Ecclesiam de nostra diocesi vobis alias ut asseritur concessam, cujus jus patronatus ad vos spectare dinoscitur ad usus predictorum hospitum pauperum debilium et infirmorum et ad uberiorem vestram sustentacionem vobis et monasterio vestro predicto divine caritatis intuitu deputamus, vobis concedendo per presentes ut ipsam ecclesiam cedente vel decedente Rectore ejusdem possitis auctoritate propria ingredi et eam in vestros pro-
[Fo. 11b.] prios [? usus] libere retinere | vicaria jam in eadem ecclesia ordinata remanente, vel alia per nos vel successores nostros ordinanda pro ut nobis aut successoribus nostris magis videbitur expedire. Jure et dignitate cathedralis ecclesie nostre Wynton semper salvis. In cujus rei testimonium etc. Data apud Fernham iiij. Nonas Januarii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo primo. Consecracionis nostre Decimo.

[*Jan. 22. Admission of Gilbert de Chalfhunte as Rector of Sanderstead.*]

ADMISSIO DOMINI GILBERTI DE CHALEFHUNTE AD ECCLESIAM DE SANDERSTED AD PRESENTACIONEM ABBATIS DE HYDA.—Memorandum quod xi°. Kalendas Februarii. Anno domini supradicto apud Suwerk dominus Gilbertus de Chalfhunte subdiaconus ad presentacionem Religiosorum virorum . . Abbatis et Conventus de Hyda admissus fuit ad ecclesiam de Sandersted vacantem per Reginaldum de Sancto Austolo nuper Rectorem ejusdem, et Rector investitus de eadem, et litteram habuit in communi forma . . . Archidiacono Surreye de inducendo ipsum in possessionem etc.

[*Same date. Admission of Reginald de Sancto Austolo to Abbots-Ann Rectory.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE ANNE VACANTEM.—Item dictis die et loco Reginaldus de Sancto Austolo ad presentacionem dictorum . . . abbatis et Conventus de Hyda admissus fuit ad ecclesiam de Anne vacantem et litteram sub simili forma optinuit.

[*1292, April 21. The Bishop addresses the Prioress and Convent of Nuneaton of the Order of Fontevrault*[1] *in the Diocese of Coventry, and compassionating their extreme poverty grants to their proper uses the Rectorial revenues of the Church of Catherington already under their patronage, on the death or cession of the then Rector.*]

CONCESSIT DOMINUS EPISCOPUS ECCLESIAM DE KATERINGTON IN PROPRIOS USUS MONIALIUM DE ETON CONVENTRIENSIS DIOCESIS.—Johannes [etc.] Religiosis dominabus . . . Priorisse et Conventui de Eton ordinis Fontis Ebrardi Conventriensis et Lychfeldensis Diocesis salutem etc. Regularis ordinis professoribus que relictis mundi vanitatibus domino deservire noscuntur, non nunquam aliqua

[1] A celebrated French Benedictine abbey, founded about 1100 by Robert d'Arbrisset.

religionis favore specialiter conceduntur, que solent interdum aliis interdici. Sane peticio vestra coram nobis lacrimabiliter exposita continebat quod licet facultates domus vestre predicte primo sue fundacionis tempore ad sustentacionem monialium aliqualiter sufficissent (*sic*) tunc in ipsa domo domino famulancium, in tantum tamen postea numerus monalium et sororum vestrarum temporibus successivis excrevit domusque ipsius facultates redditus et proventus in spiritualibus et temporalibus tantam a multis retroactis temporibus passi sunt diminucionem, pro ut fide dignorum testimonia protestantur, quod ex eis non poteritis commode sustentari nec onera incumbentia supportare. Immo quod magis dolendum est singulis Ebdomadis bis vel ter absque companagio [1] vescimini pro ut certius intelleximus durissimo pane biscocto.[2] Vestre igitur indigencie et notorio defectui visceribus intimis compatientes, considerantesque quod ad domum vestram predictam hospitum pauperum et infirmorum confluit frequenter non modica multitudo quibus vite necessaria et alia caritatis subsidia ministrare vos oportet, quod vobis grave est et quam plurimum onerosum: Ecclesiam de Katerington nostre diocesis in qua jus patronatus habetis, alias vobis et domui vestre per predecessores nostros in proprios usus concessam et per Romanorum Pontifices et Anglie Reges confirmatam, ad uberiorem sustentacionem vestram et ad usus predictorum hospitum pauperum et infirmorum vobis et domui vestre deputamus, vobis concedendo per presentes ut eandem ecclesiam ipsius cedente vel decedente Rectore auctoritate vestra propria libere ingredi valeatis et tenere propriis eam vestris usibus applicando, Reservata nobis et nostris successoribus potestate ordinandi et taxandi vicariam in eadem que vicario futuro sufficere valeat ad onera incumbencia tam episcopalia quam archidiaconalia congrue supportanda. Jure et dignitate Wyntoniensis ecclesie nostre semper salvis. In cujus rei testimonium etc. Data Londini xj°. Kalendas Maii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo secundo. Consecracionis nostre decimo.

[*July 13. The Bishop's mandate for the Institution of Thomas le Petit as Prior of Ellingham.*]

INSTITUCIO PRIORIS DE ELYNGHAM.—Johannes dei gracia etc. . . . Archidiacono Wynton vel ejus Officiali salutem etc. Quia fratrem Thomam dictum le Petit Monachum ad Prioratum de Elyngham nostre diocesis vacantem per mortem fratris Michaelis ejusdem loci quondam Prioris ad presentacionem Religiosorum virorum . . .

---

[1] *companagium*—companage, anything eaten with bread.

[2] *biscoctum*, biscuit, and so any kind of food besides bread and water.

Abbatis et Conventus Sancti Salvatoris admisimus et Priorem instituimus in prioratu memorato, vobis mandamus quatinus eundem fratrem Thomam in corporalem possessionem dicti prioratus inducatis et defendatis inductum. Data apud Sutton iij°. Idus Julii. Anno domini ut proximo supra.

[*July 11. Collation of P. de Barton to the Rectory of Meonstoke.*]

COLLACIO ECCLESIE DE MENESTOKE MAGISTRO P. DE BARTON. —Memorandum quod quinto Idus Julii. Anno domini ut supra, contulit dominus episcopus ecclesiam de Menestoke magistro P. de Barton Officiali suo.[1]

INSTITUCIO DE BERTON. [See next folio. Below, with a marginal mark indicating that it should have been inserted between the two entries relating to Catherington and Ellingham, is the following unrubricated entry.]

[*June 16. Admission of John de Sancto Austolo to the Vicarage of Fordingbridge.*]

Memorandum quod xvj. Kalendas Julii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo secundo. et Consecracionis domini x°. admissus fuit Johannes de Sancto Austolo apud Fontele ad Vicariam de Forde ad presentacionem domini Bogonis de Clara ejusdem ecclesie Rectoris et habuit litteras institucionis et inductionis sub communi forma.

[Fo. 12a.]

[*July 18. Admission of William le Paumer to the Rectory of Barton Stacey on the presentation of Llantony Abbey near Gloucester.*]

[INSTITUTIO DE BERTON].—Universis etc. Johannes [etc.] salutem etc. Noverit universitas vestra quod nos Willelmum dictum le Paumer Capellanum ad ecclesiam de Berton nostre diocesis vacantem ad presentacionem Religiosorum virorum . . . Prioris et Conventus de Lantony juxta Gloucestriam verorum ejusdem ecclesie patronorum admisimus et Rectorem canonice instituimus in eadem. In cujus rei testimonium etc. Data apud Wolveseye xv. Kalendas Augusti. Anno domini M°. CC°. Nonagesimo secundo.

[*Same date. Mandate to the Archdeacon of Wynton on the above.*]

ARCHIDIACONO WYNTON. VEL EJUS OFFICIALI UT INSTITUAT WILLELMUM LE PAUMER IN POSSESSIONEM ECCLESIE DE BERTON. —Johannes [etc.] Archidiacono [etc.] salutem etc. Quia W. dictum

---

[1] The concluding portion of this entry, consisting of one line, has been erased with a penknife.

(*sic*) le Paumer Capellanum ad ecclesiam de Berton nostre diocesis vacantem ad presentacionem Religiosorum virorum . . . Prioris et Conventus de Lantony juxta Gloucestriam spectantem admisimus et Rectorem anulo nostro investivimus de eadem, vobis mandamus quatinus eundem W. vel ejus procuratorem in dicte ecclesie possessionem inducatis [etc.]. Data ut proximo supra.

[*Undated. Admission of Thomas son of Sir Walter de Fanecourt, Knt., a minor, to the Rectory of Wootton, Surrey.*]

WODINGTON.—Memorandum quod ad ecclesiam de Wodyngton in decanatu de Guldeford admissus fuit Thomas filius domini Walteri de Fanecurt militis minor annis graciose cujus custodia commissa fuit magistro P. de Barton.

[*1298,*[1] *Mar. 10. The Bishop presents to Simon, Bp. of Sarum, James Senebaud of Florence, subdeacon, his clerk, for the Rectory of Brightwell of which he is Patron.*]

PRESENTACIO ECCLESIE DE BRIGHTEWELL MAGISTRO JACOBO SENEBAUD DE FLORENTIA.—Reverendo in Christo patri domino S. dei gracia Sarum episcopo J. eadem permissione Wyntoniensis ecclesie minister humilis salutem et sinceram in domino caritatem. Ad ecclesiam de Brightewell vestre diocesis vacantem et ad nostram presentacionem spectantem dilectum nobis in Christo magistrum Jacobum Senebaud de Florentia subdiaconum clericum nostrum vestre reverende paternitati presentamus. Attente rogantes quatinus dictum magistrum Jacobum ad eandem ecclesiam admittere et Rectorem instituere in eadem velitis intuitu caritatis. In cujus rei testimonium etc. Data apud Suthework vj°. Idus Martii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo octavo. Consecracionis nostre xvij^{mo}.

UNDECIMO.

[*Jul. 22. Admission of Gilbert de Chalfhunte to the Prebend of Itchen.*]

ANNO CONSECRACIONIS DOMINI EPISCOPI XJ°. ADMISSUS FUIT GILBERTUS DE CHALHUNTE AD PREBENDAM DE YCHENE.—Memorandum quod die sancte Marie Magdalene videlicet xi°. Kalendas Augusti. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo secundo Consecracionis domini undecimo admissus fuerat Gilbertus de Chalfhunte ad prebendam de Ichene, et mandata fuit littera sub communi forma . . . Archidiacono Wynton vel ejus Officiali ad ipsum inducendum.

---

[1] Inserted out of its right order in a space left blank. It is not rubricated, the heading being a marginal note in a later hand.

[*Jul. 27. Collation of William de Welewyk to Cheriton.*]

COLLACIO ECCLESIE DE CHIRITON DOMINO WILLELMO DE WELEWYK CAPELLANO.—Johannes [etc.] dilecto filio Willelmo de Welewyk capellano nostro salutem etc. Ecclesiam de Chiriton nostre diocesis per mortem magistri Johannis de Magnaco vacantem et ad nostram collacionem spectantem tibi conferimus intuitu caritatis et te Rectorem instituimus in eadem. In cujus rei testimonium etc. Data apud Wautham vj°. Kalendas Augusti. anno domini m°. cc°. Nonagesimo secundo. Consecracionis nostre undecimo.

[*June 28. Admission of Nicholas de Loveton to the Rectory of Nether Wallop on the presentation of the Bp. of Durham as commissary of the Archbishop of York, the patron.*]

ECCLESIA DE WELLOP INFERIORI.—Memorandum quod in Vigilia Apostolorum Petri et Pauli anno domini supradicto admissus fuit magister Nicholaus de Loveton ad ecclesiam de Wellop inferiori et Rector institutus in eadem ad presentationem domini Dunelmensis episcopi Commissarii domini Thome Eboracensis ipsius ecclesie patroni et habuit litteram sub sigillo Domini etc.

[*June 29. Leave of study for five years at home or abroad, and of letting his Rectory for the same term granted to the above.*]

LICENCIA STUDENDI.—Item die sequenti concessit idem dominus episcopus licenciam predicto magistro Nicholao studendi in cismarinis vel transmarinis partibus per quinquennium et ecclesiam suam ad firmam dimittendi per tempus antedictum, et habuit super hoc litteram sub sigillo domini.

[*May 11. Admission of Philip le Brun to the Rectory of Rowner.*]

ADMISSIO PHILIPPI DICTI LE BRUN AD ECCLESIAM DE RUGENORE AD PRESENTACIONEM WILLELMI LE BRUN.—Item memorandum quod v. Idus Maii. Anno Consecracionis domini xi°. admissus fuit Philippus dictus le Brun ad ecclesiam de Rugenore spectantem ad presentacionem Willelmi le Brun et in eadem institutus, et super hoc habuit litteram directam Archidiacono Wynton vel ejus Officiali sub communi forma.

[*June 4. Admission of Richard de Wynton to the Rectory of Penton-Mewsey.*]

ADMISSIO RICARDI DE WYNTON AD ECCLESIAM DE PENITON MEISI.—Johannes dei gracia etc. Archidiacono Wynton vel ejus Officiali salutem etc. Quia Ricardum de Wyntonia clericum ad ecclesiam de Penyton Meysi nostre diocesis vacantem ad presentacionem Thome dicti le Rych admisimus et Rectorem instituimus in

eadem, vobis mandamus quatinus eundem Ricardum vel ejus procuratorem in corporalem possessionem inducatis etc. Data apud Suthwerk ij°. Nonas Junii. Anno ut supra.

[Fo. 12b.]

[*March 21. Admission of William son of the noble John de Sancto Johanne to the Rectory of Warnford whose custody and that of the Church is entrusted during pleasure to John de Cotes.*]

WARNEFORD.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio . . . Archidiacono Wynton vel ejus Officiali salutem etc. Quia Willelmum de Sancto Johanne filium nobilis viri domini Johannis de Sancto Johanne ad ecclesiam de Warneford nostre diocesis vacantem ad presentacionem dicti nobilis admisimus graciose ipsiusque ecclesie et dicte persone admisse custodiam dilecto filio magistro Johanni de Cotes clerico commisimus quousque eam duxerimus revocandam: vobis mandamus quatinus eundem W. vel magistrum J. custodem suum predictum in corporalem possessionem dicte ecclesie inducatis. Data apud Suwerk xij°. Kalendas Aprilis. Anno Domini m°. cc°. Nonagesimo secundo. Consecracionis nostre undecimo.

[*March 21. The Bishop appoints John de Cotes custodian as above.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE WARNEFORD TRADITA JOHANNI DE COTES CLERICO.—Johannes permissione divina etc. dilecto filio magistro Johanni de Cotes clerico salutem etc. De tua circumspectione et industria confidentes custodiam ecclesie de Warneford nostre diocesis et Willelmi filii nobilis viri Johannis de Sancto Johanne ad eandem ecclesiam per nos graciose admissi tibi committimus de nostra gracia speciali quousque eandem duxerimus revocandam. In cujus rei testimonium etc. Data apud Suwerk xij°. Kalendas Aprilis. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo secundo. Consecracionis nostre xj°.

[*Dec. 16. Collation of Thomas de Maydenestane the Bishop's clerk to the Rectory of Esher, with a dispensation for his being in Minor Orders, provided he be ordained Priest within the year, which is lawfully possible.*]

[No rubricated heading.]—Johannes dei gracia etc. dilecto in Christo clerico nostro Thome de Maydenestan salutem etc. Ecclesiam de Essere nostre diocesis sicut nobis constat vacantem et ad nostram collacionem pleno jure spectantem tibi conferimus intuitu caritatis teque Rectorem per anulum nostrum instituimus in eadem dispensantes tecum qui es tantum in minoribus ordinibus constitutus ad eandem ecclesiam de Essere curam animarum habentem, dum tamen promovearis ad sacerdotii ordinem infra annum cum sis talis

qui infra tempus predictum possis legitime promoveri. In cujus rei testimonium etc. Data apud Weregrave xvij°. Kalendas Januarii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo [secundo]. Consecracionis nostre undecimo.

DUODECIMO.

[*1293, Oct. 30. Letters patent on the admission of Stephen de Certeseye to the Rectory of Farnborough.*]

ANNO CONSECRACIONIS DOMINI DUODECIMO ADMISSUS FUIT STEPHANUS DE CERTESEYE AD ECCLESIAM DE FARNEBERGH.—Universis presentes literas inspecturis Johannes [etc.] salutem in domino sempiternam. Universitati vestre notum facimus per presentes quod nos Stephanum de Certeseye diaconum ad ecclesiam de Farnebergh nostre diocesis vacantem ad presentacionem Willelmi de Frolleburi admisimus et rectorem anulo nostro investivimus in eadem. In cujus rei testimonium etc. Actum et datum apud Suwerk iij°. Kalendas Novembris. anno domini m°. cc°. Nonagesimo tertio. Consecracionis nostre Duodecimo.

[*Oct. 2. The Bishop provides for the Priory of Shirbourne by appointing as Prior brother Reginald de Cadamo, monk of St. Vigor de Ceresy in the Diocese of Bayeux.*[1]]

PROVISIO PRIORATUS DE SCHIREBURNE.—Universis presentes literas visuris vel audituris Johannes [etc.] salutem etc. Noverit universitas vestra nos prioratui de Schireburne pastoris solacio destituto de fratre Reginaldo de Cadamo monacho Sancti Vigoris Cereyseyensis Boiacensis (*lege* Baiocensis) diocesis ex officii nostri debito canonice providisse, ipsumque Priorem prefecisse domui antedicte. In cujus rei testimonium etc. Data apud Sutton ij. die mensis Octobris. anno domini m°. cc°. Nonagesimo tertio. Consecracionis nostre Duodecimo.

[*Oct. 27. Custody of the Vicarage of Whitchurch entrusted to Walter de Wyvelingham to be ordained at the next Ordination and afterwards instituted.*]

CUSTODIA VICARIE DE WATECHIRCH (*sic*) TRADITA MAGISTRO W. DE WYVELINGHAM.—Johannes permissione divina etc. dilecto filio Waltero de Wyvelingham clerico salutem etc. Custodiam vicarie de Wytechirch nostre diocesis vacantis et ad nostram collacionem mero jure spectantis tibi in proximis ordinibus ordinando et postea in eadem instituendo caritatis intuitu committimus per presentes. Data apud Suwerk vj°. Kalendas Novembris. Anno ut supra.

---

[1] A Benedictine abbey, founded in the sixth century by St. Vigor, Bp. of Bayeux.

[*Nov. 7. The Bishop gives a letter testimonial to William de Umfreyvile, on his admission to a Prebend of Werewell on the presentation of the Abbess and Convent.*]

LITERA TESTIMONIALIS EPISCOPI QUOD IPSUM ADMISIT ET PER ARCHIDIACONUM WYNTON. IPSUM INSTITUI FECIT. ETC.—Noverint universi quod nos J. [etc.] discretum virum dominum Willelmum de Umfreyvile nobis ad prebendam de Werewell per Religiosas dominas . . . Abbatissam et Conventum de Werewell ejusdem prebende patronas presentatum vij°. Idus Novembris. anno domini m°. cc°. Nonagesimo [tertio] admisimus et Canonicum instituimus in eadem, ipsumque per Archidiaconum nostrum Wynton in possessionem ejusdem prebende induci fecimus corporalem. In cujus rei testimonium etc. Data Londini vij. Idus Novembris. Anno domini m°. cc°. etc. ut supra.

[*Nov. 11. Mandate for the induction of Adam de Blechingelegh to the Rectory of Blechingley.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE BLECHINGELEGH.—Archidiacono Surreye vel ejus Officiali salutem etc. Quia dominum Adam de Blechingelegh ad ecclesiam de Blechingelegh nostre diocesis vacantem et ad presentacionem nobilis viri domini Gilberti de Clare Comitis Glovernie [spectantem] admisimus, vobis mandamus quatinus eundem Adam vel ejus procuratorem in corporalem possessionem [etc.] et defendatis inductum. Data apud Suwerk iij°. Idus Novembris. Anno Consecracionis nostre duodecimo.

[Fo. 13a.]

[*Nov. 28. Admission of Thomas de Suwerk to the Rectory of West Tytherley on the King's presentation.*]

[No rubricated heading.]—Memorandum quod iiij. Kalendas Decembris. Anno Domini supradicto magister Thomas de Suwerk ad presentacionem domini E. dei gracia Regis Anglie illustris admissus fuit ad ecclesiam de Westyderli et habuit litteram inductionis . . . Archidiacono loci directam ad inducendum eum in corporalem possessionem sub communi forma.

[*Dec. 3. Custody of the Church of Laverstoke entrusted to Gilbert de Roffa, till William de Croy lately presented thereto come of age.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE LAVERKESTOKE TRADITA DOMINO G. DE ROFFA.—Johannes dei gracia etc. dilecto filio domino Gilberto de Roffa salutem [etc.]. Volentes tibi graciam facere specialem custodiam ecclesie de Laverkestoke nostre diocesis ad quam Willelmus de Croy nuper nobis exstitit presentatus et ipsius persone usque ad ipsius presentati etatem legitimam committimus per presentes. In cujus rei testimonium etc. Data Londini iij. Nonas Decembris. Anno Domini ut supra.

[*Saturday, Jan. 9. The Bishop's quit-claim to his Treasurer of Wolvesey, including 20 marks of annual allowance for household expenses at Wolveseye.*]

QUIETA CLAMANCIA DOMINI EPISCOPI FACTA THESAURARIO WOLVESEYE.—Nos Johannes dei gracia Wyntoniensis episcopus dilectum nobis in Christo dominum Galfridum de Wolveseye Thesaurarium nostrum de Wolveseye de omnibus receptis misis expensis liberacionibus et allocacionibus per ipsum factis a tempore quo primo venit in obsequium nostrum usque ad diem confectionis presentium quietum clamamus et absolvimus per presentes. Et raciocinia sua bona et fidelia de omnibus supradictis ab eodem audisse et recepisse fatemur que approbamus et acceptamus. Quietamus etiam eundem tenore presentium de tota pecunia quam hactenus de Thesauraria nostra de Wolveseye recepit, videlicet de xx^ti^ marcis sterlingorum annuis quas ei concessisse fatemur annuatim pro custodia et expensis familie castri nostri de Wolveseye, et concedimus quod de illis xx^ti^ marcis annuis quas hactenus annuatim recepit nichil ab eodem vel executoribus suis seu successoribus suis per nos vel executores seu successores nostros in posterum exigatur. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus apposuimus. Data apud Wolveseye die sabbati proximo post festum Epiphanie domini. Anno regni regis Eadwardi xxij^o^. Consecracionis nostre xij^o^.

[*Jan. 22. The custody of the Church of Wootton, Surrey, and of Thomas de Fanecourt admitted thereto as Rector entrusted to Richard de Barton, Rector of Warnborough, during pleasure, ten marks from the fruits of the benefice being paid in half-yearly portions for Fanecourt's support.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE WODINTON TRADITA MAGISTRO R. DE BARTON.—Johannes permissione divina etc. dilecto in Christo filio magistro Ricardo de Barton Rectori ecclesie de Warneburu salutem etc. Custodiam ecclesie de Wodington nostre diocesis et Thome de Fanecourt clerici quem graciose nuper admisimus ad eandem tibi usque ad etatem predicti Thome legitimam vel saltem donec eam duxerimus revocandam damus et committimus per presentes. Ita tamen quod singulis annis de fructibus et proventibus predicte ecclesie solvas predicto Thome pro sustentacione sua x marcas sterlingorum apud Wodington terminis infrascriptis, videlicet in Octavis Purificacionis beate Marie Virginis v marcas et in Octavis Sancte Trinitatis proximo sequente v marcas sine ulteriori dilatione. In cujus rei testimonium etc. Data Londini x. Kalendas Februarii. Anno Domini ut supra. Consecracionis nostre Duodecimo.

[*Feb. 21. The custody of the Rectory of Nutley, Surrey, and of Thomas de Foleham presented to the same, entrusted to Geoffrey de la Wad.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE NOTTELE ET THOME DE FOLEHAM AD EANDEM PRESENTATI TRADITA MAGISTRO GALFRIDO DE LA WAD.—Memorandum quod anno domini m°. cc°. Nonagesimo tertio. Consecracionis domini xij°. commissa fuit custodia ecclesie de Nottelee et Thome de Foleham presentati ad eandem magistro Galfrido de la Wad Rectori ecclesie Sancti Magni juxta pontem London. Sub data apud Essere ix° Kalendas Martii ad instanciam domini Bathonensis et Wellensis episcopi. Et habuit litteram sub communi forma . . . Archidiacono Surreye ad instituendum eundem nomine custodie etc.

[*Date not specified. The Bishop sanctions the Election of Thomas de Berton as Prior of Mottesfont and enjoins obedience to him on the Convent.*]

PROVISIO PRIORATUS DE MOTESFUNT.—Johannes dei gracia etc. dilectis filiis . . . Suppriori de Montesfonte et ejusdem loci conventui salutem etc. Electionem in ecclesia vestra de Motesfonde nuper vacante de fratre Thoma de Berton canonico vestro cum favore et gracia prosequentes, eundem vobis prefecimus in priorem. Quocirca vobis firmiter injungimus et mandamus quatinus eidem exhibeatis obedienciam reverenciam et honorem, ipsi ut priori in omnibus intendentes. Data etc.

[*Date not specified. The Bishop's mandate for the Institution of the above.*]

ARCHIDIACONO WYNTON UT INSTITUAT FRATREM THOMAM DE BARTON (*sic*) IN POSSESSIONEM PRIORATUS DE MOTESFONTE. —Johannes [etc.] dilecto in Christo filio . . . Archidiacono nostro Wynton salutem [etc.]. Quia Religiosum virum fratrem Thomam de Berton ecclesie de Motesfonte nuper vacanti electum canonice prefecimus in priorem, vobis mandamus quatinus ipsum in corporalem possessionem dicti prioratus sicut moris est et ad vos pertinet inducatis. Data etc.

[*1294, April 3. The Bishop grants to the Prior and Convent of St. Denys, Southampton, that the Rectory of Shirley appropriated to them may be served by a secular Chaplain.*]

LITTERA DOMINI EPISCOPI PER QUAM CONCEDIT PRIORI ET CONVENTUI SANCTI DIONISII JUXTA SUTHAMTON UT ECCLESIA (*sic*) DE SCHIRLE EIS APPROPRIATE PER CAPELLANUM
[Fo. 13b.] SECULAREM VALEAT DESERVIRI.—Johannes [etc.] dilectis in Christo filiis . . . Priori et Conventui Sancti Dionisii juxta Suthamton salutem [etc.]. Favor Religioni vestre debitus, et

indigencia Prioratus vestri notoria nos inducunt ut vos et domum vestram prosequamur gracia speciali. Affectantes igitur quantum cum Deo possumus vestri prioratus incrementa, ut ecclesie vestre de Schirle vobis appropriate per Capellanum secularem ydoneum deservire valeatis, vobis liberam in Domino concedimus facultatem. Proviso tamen quod eadem ecclesia debitis non defraudetur obsequiis et animarum cura in eadem nullatenus necligatur. In cujus rei testimonium etc. Data apud Farnham iij°. Nonas Aprilis. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quarto. Consecracionis nostre Duodecimo.

[*Same date. The Bishop grants the* commendam *of the Rectory of Dunsfold according to the form of the Council of Lyons to a Chaplain (unnamed) on the presentation of Mag. John de Wyngeham, Rector of Shalford.*]

COMMENDAT EPISCOPUS ECCLESIAM DE DUNTESFAUD TALI SECUNDUM CONSILIUM LUGDUNENSE.—Johannes permissione divina etc. dilecto in Christo filio Capellano salutem, etc. Probitatis tue merita nos inducunt ut personam tuam quantum cum Deo possumus speciali gracia consequamur. Hinc est quod ecclesiam de Duntesfaud nostre diocesis vacantem ad quam per discretum virum magistrum Johannem de Wyngeham rectorem ecclesie de Scaldeford dicte ecclesie de Duntesfaud verum patronum presentatus existis tibi secundum formam concilii Lugdunensis tenore presentium commendamus. In cujus rei testimonium etc. Data ut proximo supra.

[*April 12. Admission of Alexander de Burton to the Rectory of Tunworth.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE TONEWORTH.—Memorandum quod anno domini m°. cc°. Nonagesimo quarto apud Suwerk, ij°. Idus Aprilis admissus fuit dominus Alexander de Burton presbiter ad ecclesiam de Tuneworth vacantem et ad presentacionem domine Johanne de Bosco, uxoris quondam domini Johannis de Bosco militis defuncti spectantem et habuit litteram Archidiacono Wynton vel ejus Officiali ad inducendum eum et litteram patentem universis.

[*April 21. Collation of Philip de Sancto Austolo, Archdeacon of Wynton, to the Rectory of Westmeon.*]

COLLACIO ECCLESIE DE WESTMENES ARCHIDIACONO WYNTONIENSI.—Memorandum quod xj. Kalendas Maii. anno domini m°. cc°. Nonagesimo quarto contulit dominus episcopus . . . magistro Philippo de Sancto Austolo . . . Archidiacono Wynton ecclesiam de Westmenes vacantem et ad suam collacionem spectantem et habuit litteram . . . Officiali Wynton vel ejus Commissario directam ad inducendum eum in possessionem dicte ecclesie corporalem.

[*May 21. The Bishop presents Ralph de Boclaund to the Bishop of Sarum for Ordination and subsequent Institution to the Rectory of Ebbesbourne Wake.*]

PRESENTACIO AD ECCLESIAM DE EBLESBURNE VACANTEM DOMINO SARUM EPISCOPO.—Venerabili in Christo patri domino . . . Dei gracia Sarum episcopo Johannes ejusdem permissione etc. salutem etc. Ad titulum ecclesie de Eblesborne vestre diocesis vacantis et ad nostram presentacionem spectantis dilectum nobis in Christo Radulfum de Boclaund clericum vestre paternitati Reverende presentamus ordinandum et ordinatum per vos instituendum Rectorem, rogantes quatinus eundem Radulfum ad predictam ecclesiam admittere et Rectorem ut premittitur instituere velitis intuitu caritatis. Valeat paternitas vestra reverenda per tempora prospera et longeva. Data apud Suwerk xij°. Kalendas Junii. Anno Domini m°. cc°. Nonagesimo quarto. Consecracionis nostre Duodecimo.

[*June 8. Admission of Stephen de Stratton to the Rectory of Abbots Worthy.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE WORDI ABBATIS.—Memorandum quod vj°. Idus Junii. Anno domini supradicto. Consecracionis domini episcopi xij°. admisit dominus episcopus Stephanum de Stratton clericum ad ecclesiam de Wordi Abbatis ad presentacionem Religiosorum virorum . . . Abbatis et Conventus de Hyda, et super hoc habuit litteram inductionis sub communi forma domino . . . Archidiacono Wynton directam et institutionis similiter.[1]

[*1299, April 26 and May 4. The Bishop grants the Custody (and afterwards the Collation) of the Rectory of Brightstone to J. de Kirkebi, King's clerk.*]

J. permissione divina etc. dilecto filio domino J. de Kirkebi clerico salutem etc. Custodiam ecclesie de Brighteston vacantem et ad nostram collacionem pleno jure spectantem tibi damus et concedimus per presentes. In cujus rei etc. Data Wyntonie in crastino Sancti Marci Evangeliste. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo nono. Consecracionis nostre xvij°.

J. permissione etc. dilecto filio [*as above*]. Ecclesiam de Brighteston nostre diocesis vacantem et ad nostram collacionem mero jure spectantem tibi caritatis intuitu conferimus et Rectorem instituimus in eadem. In cujus rei testimonium etc. Data London. in crastino Invencionis Sancte Crucis. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo nono. Consecracionis nostre xvij°.[2]

---

[1] The words 'et . . . similiter' are a later addition. Following this, half a line has been erased, probably the rubricated heading to the next entry which is inserted here out of chronological order, and may have been wrongly rubricated as a 'Custodia'. See next foot-note.

[2] Contemporary marginal note: 'Collacio. Anno xvij°.—Custodia ecclesie de

[Fo. 14a.]

[*xiij° Anno, 1294, July 31. Custody and sequestration of the Rectory of Colmer granted to John de Eston.*]

COMMISSIO ECCLESIE DE COLEMORE JOHANNI DE ESTONE CLERICO.—Memorandum quod anno domini m°. cc°. Nonagesimo quarto ij. Kalendas Augusti commisit dominus episcopus custodiam et sequestrum ecclesie de Colemere Johanni de Eston clerico et habuit literam sub communi forma Archidiacono Wynton vel ejus Officiali directam ad eum inducendum. Et similiter mandabatur Decano de Aulton quod fructus illius anni colligeret et sub sequestro custodiret donec aliud etc.

[*Aug. 3. Custody of the Rectory of Little Bookham and of William de Brewes, a minor, entrusted to Robert de Herrierd.*]

COMMISSIO CUSTODIE ECCLESIE DE PARVA BOCKHAM ROBERTO DE HERIERD CLERICO.—Item memorandum quod iij. Nonas Augusti. Anno domini supradicto commisit dominus episcopus custodiam ecclesie de parva Bokham et Willelmi de Brewes clerici filii domini Willelmi de Brewes quondam militis defuncti infra minorem etatem existentis Roberto de Herierd clerico et habuit literam sub communi forma Archidiacono Surreye directam ad inducendum eundem Robertum nomine custodie.

[*Aug. 3. The terms of commission of the above Custody.*]

LITTERA COMMISSIONIS CUSTODIE ECCLESIE DE PARVA BOCHAM.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio Roberto de Herierd clerico salutem [etc.]. Acceptantes grata servicia que nobis et ecclesie nostre Wyntoniensi frequenter impendis tecum nostre sollicitudinis onera duximus impertiri . . . Custodiam igitur Willelmi de Brewes filii domini Willelmi de Brewes quondam militis defuncti ad ecclesiam de parva Bokham nostre diocesis presentati et per nos admissi usque ad ipsius Willelmi etatem legitimam tibi committimus per presentes, proviso tamen quod dicta ecclesia debitis non defraudetur obsequiis nec cura animarum que eidem incumbit interim necligatur. In cujus rei testimonium etc. Data apud Suwerk iij. Nonas Augusti. Anno domini ut supra. Consecracionis nostre Tertio decimo.

[*July 21. The Archdeacon of Winchester is instructed to admit Gilbert de Drokenesford to the Custody of the sequestrated Rectory of Crux Easton at pleasure, and till it is clear to whom the patronage of this benefice belongs.*]

CUSTODIA SEQUESTRI ECCLESIE DE ESTON CROKE COMMISSA GILBERTO DE DROKENESFORD CLERICO.—Johannes [etc.] dilecto

---

Brighteston commissa domino J. de Kirkeby. Et Institucio ejusdem ecclesie facta eidem domino J. de Kirkeby clerico domini Regis.'

in Christo filio . . . Archidiacono Wynton salutem etc. Quia custodiam sequestri ecclesie de Eston Croke nostre diocesis vacantis Gilberto de Drokenesford clerico commisimus donec eam duxerimus revocandam, et donec etiam nobis constiterit ad quem jus patronatus pertinet ecclesie memorate super quo in inquisicione facta de dicta ecclesia sub sigillo Officii vestri nobis transmissa nos non redditis certiores: vobis mandamus quatinus eundem G. nomine custodie in possessionem sequestri dicte ecclesie inducatis et defendatis inductum. Data apud Suwerk xij. Kalendas Augusti. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quarto. Consecracionis nostre Tertio decimo.

[*Aug. 17. Admission of William de Schireburne to the Rectory of Swarraton.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE SAREWETON VACANTEM.—Memorandum quod xvij. Kalendas Septembris. Anno domini m°.cc°. Nonagesimo quarto Consecracionis domini episcopi xiij°. admissus fuit Willelmus de Schireburne capellanus ad ecclesiam de Sareweton et institutus in eadem per Archidiaconum Wynton. Data apud Farham.

[*Aug. 18. The Bishop accepts the resignation of Bro. Henry, Prior of St. Denys, Southampton.*]

LITTERA DOMINI EPISCOPI, UT PRIOR SANCTI DIONISII JUXTA SUTHAMTON LICITE CEDERE VALEAT A PRIORATU SUO.—Universis etc. Cum frater Henricus Prior ecclesie Conventualis sancti Dionisii juxta Suthamton status sui imbecillitatem ex senio provenientem et corporis sui invalitudinem intuens nobis humiliter supplicavit ut cessionem suam nobis factam prioratus prefati quam per literas suas in manibus nostris fecit admittere dignaremur, nos statum suum et domus prefate diligenter attendentes cessionem suam ex causis prefatis duximus admittendam. In cujus rei testimonium etc. Data apud Farham xv. Kalendas Septembris. Anno domini etc. ut supra.

[*Aug. 18. Custody of the Rectory of Beddington given to William de Karleton till Michaelmas.*]

COMMISSIO CUSTODIE ECCLESIE DE BEDINGTON DOMINO W. DE KARLETON.—Item memorandum quod die Mercurii scilicet xv. Kalendas Septembris. Anno domini ut supra commissa fuit custodia ecclesie de Bedington domino Willelmo de Karleton usque ad festum sancti Michaelis. Data apud Farham etc.

[*Aug. 22. The Bishop announces to the King, who has already given consent, his Confirmation of the Election of Bro. Richard de Chaucombe as Prior of St. Denys, Southampton.*]

DOMINO REGI PRO ELECTO SANCTI DIONISII JUXTA SUTHAM-

TON.—Excellentissimo principi etc. Johannes ejusdem permissione Wynton. episcopus salutem etc. Quia electionem nuper factam in ecclesia Conventuali Sancti Dionisii juxta Suthampton de fratre Ricardo de Chaucombe canonico ejusdem domus in priorem loci illius cui regium adhibuistis assensum et favorem duximus confirmandam quod suum est in hac parte ulterius ex|equatur vestra [Fo. 14b.] regia celsitudo. Valeat dominacio vestra per tempora prospera et longeva. Data apud Wolveseye. xxij°. die mensis Augusti. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quarto.

[*Aug. 21. Royal writ of assent to the above Election.*]

BREVE REGIS WYNTON EPISCOPO QUOD ELECTIONI SANCTI DIONISII ADHIBUIT ASSENSUM.—Edwardus etc. Sciatis quod electioni nuper facte in ecclesia Conventuali Sancti Dionisii juxta Suthampton de fratre Ricardo de Chacombe canonico ejusdem domus in priorem loci illius regium assensum adhibuimus et favorem. Et hoc vobis tenore presentium significamus ut quod vestrum est in hac parte exequamini. In cujus rei testimonium etc. Teste meipso apud Suwyk. xxi°. die Augusti. Anno regni nostri xxij°.

[*Aug. 22. The Bishop's mandate to the Archdeacon of Winchester for the Prior's Induction.*]

ARCHIDIACONO WYNTON QUOD INDUCAT TALEM IN POSSESSIONEM PRIORATUS SANCTI DIONISII.—Johannes dei gracia etc. Archidiacono Wynton salutem etc. Quia electionem nuper factam in ecclesia Conventuali Sancti Dionisii juxta Suthampton de fratre Ricardo de Chaucumbe Canonico ejusdem domus in priorem loci illius duximus confirmandam, vobis mandamus quatinus eundem Ricardum in corporalem possessionem dicti prioratus vice et auctoritate nostra inducatis et defendatis inductum. Data apud Wolveseye. xj. Kalendas Septembris. Anno domini ut supra.

[*Same date. The Bishop enjoins obedience to their Prior on the Subprior and Convent.*]

LITTERA EPISCOPI SUPPRIORI ET CONVENTUI SANCTI DIONISII QUOD OBEDIANT TALI SICUT PRIORI.—Johannes dei gracia etc. Suppriori et Conventui [etc.] salutem etc. Quia electionem nuper factam de fratre Ricardo de Chaucumbe concanonico vestro in priorem vestrum nobis per vos presentatum duximus confirmandam, vobis mandamus quatinus eidem Ricardo tanquam priori vestro sitis intendentes pariter et obedientes in omnibus pro ut vestre religionis regula exigit et requirit. Data ut proximo supra.

[*Sept. 10. Custody of the Rectory of Yateley entrusted to John de Newent until he has received Holy Orders.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE GATELE COMMISSA JOHANNI DE NEWENT CLERICO DONEC SACROS [ORDINES] SUSCEPERIT.—Item memorandum quod iiij°. Idus Septembris. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quarto apud Wolveseye commissa fuit custodia ecclesie de Gatele Johanni de Newent clerico donec sacros ordines susceperit. Et habuit litteram Archidiacono Wynton. ad inducendum eum nomine custodie.

[*Aug. 24. The Bishop requires the Rector of Kingsworth (? Kingswood, Alton) to provide a fit Chaplain for the services of his Church, and cites him in any case to appear before him personally on September 9th to answer to this and other charges and to receive what is due.*]

LITTERA DOMINI EPISCOPI RECTORI ECCLESIE DE KYNGESWORTH QUOD FACIAT DESERVIRE ECCLESIE SUE PER IDONEUM CAPELLANUM.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio Rectori ecclesie de Kyngesworth nostre Diocesis salutem [etc.]. Cum ecclesie vestre antedicte cura animarum sit annexa et ideo deserviri oportet singulis diebus per vos vel per alium providum et ydoneum sacerdotem, ac vix ut intelleximus hoc factum fuerit temporibus retroactis, vobis mandamus in virtute obediencie et sub pena canonice districtionis quatinus sine more dispendio illi ecclesie continue et non interpollate pro ut decet et expedit animarum saluti deserviri faciatis prout canonicam ultionem volueritis evitare. Alioquin contra vos graviter procedemus prout de jure fuerit procedendum. Citantes vos nichilominus quod personaliter compareatis coram nobis in crastino Nativitatis beate Virginis proxime futuro, ubicunque tunc fuerimus in diocesi nostra, super hiis et aliis vobis obiciendis nobis responsurus et ulterius recepturus quod consonum fuerit equitati. Data apud Wolvesey die Sancti Bartholomei Apostoli [*erasure*] Nonagesimo quarto.

[*Sept. 22. Admission of Andrew de Staunford to the Rectory of Bighton.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE BYKETON VACANTEM.—Memorandum quod x°. Kalendas Octobris. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quarto. Consecracionis nostre Tertiodecimo admisit dominus episcopus Andream de Staunford subdiaconum ad ecclesiam de Byketon et habuit litteram collacionis sub sigillo episcopi etc.

[*Oct. 25. Admission of Ralph Sauvage to the Rectory of Oxted, with direction to the Archdeacon to induct his proctor in his name.*]

OKSTED.—Memorandum quod viij. Kalendas Novembris. anno domini m°. cc°. Nonagesimo quarto. Admisit dominus episcopus

Radulfum Sauvage clericum ad ecclesiam de Ocsted vacantem et habuit litteram . . . Archidiacono loci quod induceret Johannem de Hertlepe procuratorem dicti Radulfi in presentia domini episcopi predicti constitutum in corporalem possessionem dicte ecclesie donec de custodia tam dicte ecclesie quam persone ad eandem presentate aliud duxerit ordinandum.

[*Oct. 28. The Bishop accepts the cession of Cecilia, Prioress of Wintney, and informs the nuns officially of the vacancy.*]

ADMISSIO CESSIONIS PRIORISSE DE WYNTENEY.—J. permissione etc. Suppriorisse et Conventui de Wynteney salutem etc. Noveritis nos admisisse et acceptasse die Apostolorum Simonis et Jude apud Wolveseye in capella nostra cessionem Cecilie nuper Priorisse vestre nobis ex parte sua per Officialem nostrum porrectam, propter quod vobis nunciamus domum vestram de cetero vacare per presentes. In cujus rei etc. Data apud Wolveseye. Anno domini ut supra.

[Fo. 15a.]

[*March 19. The Bishop discharges his Treasurer of Wolvesey from all past liabilities.*]

QUIETA CLAMANCIA THESAURARII DE WOLVESEYE FACTA PER EPISCOPUM WYNTON.—Nos Johannes [etc.] dilectum nobis dominum Galfridum de Wolveseye Thesaurarium nostrum de Wolveseye de omnibus [*verbatim, as on p.* 59 *to* de Wolveseye recepit *here miswritten* recipiat] videlicet de xxvj li. xiij s. et iiij d. sterlingorum annuis quas ei concessisse fatemur annuatim, pro custodia et expensis familie Castri nostri de Wolveseye, et concedimus quod de illis xxvj li. xiij s. iiij d. quas hactenus annuatim recepit nichil ab eodem [etc.] exigatur. In quorum omnium testimonium etc. Data apud Wolveseye die Dominica in crastino Sancti Edwardi Regis et Martiris. Anno Consecracionis nostre xiij°.

[*Nov. 25. Custody of the Rectory of Hambledon and of Henry Averay presented thereto given to John perpetual Chaplain of Oakwood.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE HAMELDON.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio Archidiacono Surreye vel ejus Officiali salutem [etc.]. Quia custodia ecclesie de Hameledon et Henrici dicti Averay clerici ad eandem ecclesiam presentati domino Johanni perpetuo capellano capelle de Ocwod nostre diocesis commisimus donec eam duxerimus revocandam, vobis mandamus quatinus eundem dominum Johannem in corporalem possessionem dicte ecclesie nomine custodie inducatis et defendatis inductum. Data apud Wolveseye vij°. Kalendas Decembris.

[*Undated. Licence to Sir John Randolf, Knt., for the Celebration of Divine offices by a fit Priest in his Manor of Akleye (? Oakley, Mottisfont) till Michaelmas next, so that the Mother Church does not suffer and the Rector and Patrons assent.*]

LICENCIA CONSTRUENDI ORATORIUM ET IN EO DIVINA CELEBRARE.—Johannes Dei gracia etc. prudenti viro domino Johanni Randolf militi salutem etc. Tue devocionis precibus inclinati ut in oratorio in manerio tuo de Akleye nostre diocesis constructo, usque ad festum Sancti Michaelis proxime venturum divina liceat officia celebrare per ydoneum sacerdotem dummodo matris ecclesie in oblacionibus et aliis juribus conservetur indempnitas et ejusdem ecclesie Rectoris ac etiam Patronorum concurrat assensus, tibi tenore presentium liberam concedimus facultatem. In cujus rei testimonium. Data apud Wolveseye.

[*Dec. 18. Institution of Gilbert De Drokeneford to the Rectory of Crux Easton.*]

ESTON CROKE.—Johannes Dei gracia etc. dilecto in Christo Gilberto de Drokeneford subdiacono salutem [etc.]. Ecclesiam de Eston Croke nostre diocesis vacantem et ad presentacionem domini Johannis de Drokeneford clerici spectantem cum omnibus suis juribus et pertinenciis tibi conferimus intuitu caritatis. Et te Rectorem instituimus in eadem. In cujus rei testimonium etc. Data apud Farham. xv. Kalendas Januarii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quarto. Consecracionis nostre Tertiodecimo.

[*Dec. 25. Collation of the Vicarage of Hambledon on Laurence de Welleton.*]

COLLACIO VICARIE DE HAMELEDON DOMINO LAURENCIO DE WELLETON PRESBITERO.—Johannes dei gracia etc. dilecto in Christo filio, domino Laurencio de Welleton presbitero salutem. Tue merita probitatis ac etiam honestas morum quam in te vigere cognoscimus nos multipliciter excitant et inducunt ut tecum nostre sollicitudinis onera impertimur (*sic*). Vicariam igitur de Hameledon nostre diocesis vacantem et ad nostram collacionem spectantem cum omnibus suis juribus et pertinenciis tibi conferimus intuitu caritatis, et te Rectorem tenore presentium instituimus in eadem. In cujus rei testimonium etc. Data apud Farham. viij°. Kalendas Januarii. Anno Domini m°. cc°. Nonagesimo quarto. Consecracionis nostre xiij°.

[*Same date. Collation of Nicholas de Hatfeld to the Rectory of Chilcomb.*]

CHILTECOMBE.—Item eodem die et eodem loco contulit dominus episcopus ecclesiam de Chiltecombe vacantem per resignacionem domini Laurencii de Welleton Nicholao de Hatfeld clerico. Et habuit litteram sub eadem forma de verbo ad verbum ut proximo supra scripta est.

[*1295, Jan. 3. Collation of John de Burton to the Vicarage of Fareham.*]

COLLACIO VICARIE DE FARHAM.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio domino Johanni de Burton capellano salutem [Fo. 15b.] etc. Vicariam ecclesie de Farham nostre diocesis vacantem et ad nostram collacionem pleno jure spectantem cum omnibus suis juribus libertatibus commoditatibus et aliis pertinenciis quibuscunque ad eandem quoquo modo spectantibus tibi conferimus intuitu caritatis, teque perpetuum Vicarium anulo nostro investimus de eadem. In cujus rei testimonium etc. Data apud Farham. iij°. Nonas Januarii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quarto. Consecracionis nostre xiij°.

[*Feb. 24. Custody of the Rectory of East Tisted entrusted to Peter de Leycestre at pleasure.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE ESTUDE.—Johannes [etc.] discreto viro domino Petro de Leycestre salutem etc. Custodiam ecclesie de Estude ex quibusdam certis decausis vobis committimus vice nostra tenendam quousque de dicta ecclesia aliud duxerimus ordinandum. In cujus rei etc. Data apud Suwerk die Sancti Mathie Apostoli. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quarto. Consecracionis nostre Tertiodecimo.

[*Feb. 27. Institution of Alan de Dolling to the Rectory of Dunsfold.*]

DUNTESFAUD.—Johannes dei gracia etc. dilecto filio Alano de Dollyng subdiacono salutem etc. Ad ecclesiam de Duntesfaud nostre diocesis vacantem et ad presentacionem . . . Rectoris ecclesie de Schaldeford pleno jure spectantem te admittimus intuitu caritatis et te rectorem instituimus in eadem. In cujus rei testimonium etc. Data apud Kyngeston. iiij° Kalendas Martii. Anno domini proximo supradicto.

[*Feb. 27. Institution of William de Weterhile to the Rectory of Fordingbridge.*]

FORDINGBRIGG.—Johannes dei gracia etc. dilecto filio magistro Willelmo de Weterhile salutem etc. Ad ecclesiam de Fordingbregg nostre diocesis vacantem et ad presentacionem Nobilis viri domini Gilberti Comitis Glovernie spectantem te admittimus intuitu caritatis, et te rectorem instituimus in eadem. In cujus rei testimonium etc. Data apud Essere iij. Kalendas Martii. Anno domini et Consecracionis episcopi ut supra.

[*March 10. Institution of William Lude to the Vicarage of East Worldham.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE EST WORLDHAM.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio Willelmo dicto Lude subdiacono salutem etc. Ad vicariam de Est Worldham nostre diocesis vacantem et ad

presentacionem Religiosorum virorum . . . Prioris et Conventus de Seleburn spectantem te admittimus intuitu caritatis et te Vicarium instituimus in eadem. In cujus rei etc. Data apud Farnham vj. Idus Martii. Anno domini ut supra.

[*1295, Easter Eve. The Bishop at Fareham ordains to the Subdiaconate his clerk Gerald de Sancto Cirico and then admits him to the Vicarage of Farnham.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE FARNHAM.—Universis pateat per presentes quod nos Johannes [etc.] ordines nostros in ecclesia parochiali de Farham nostre diocesis die Sabbati in vigilia Pasche Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quinto celebrantes, dilectum clericum nostrum Geraldum de Sancto Cirico ad vicariam ecclesie de Farnham nostre diocesis vacantem per discretum virum magistrum Petrum de Sancto Mario Archidiaconum nostrum Surreye ejusdem vicarie verum patronum nobis presentatum ad titulum ejusdem vicarie in subdiaconum ordinavimus, et sic ordinatum ad eandem vicariam admisimus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Data die loco et anno supradictis.

[*Apr. 4. Induction of the Vicar of Farnham.*]

INDUCTIO EIDEM VICARIE.—Et memorandum quod idem Geraldus ij. Nonas Aprilis. Anno domini supradicto quinto. Consecracionis domini Episcopi xiij°. habuit litteram directam Archidiacono Surreye vel ejus . . . Officiali ad inducendum eum in corporalem possessionem sub communi forma.

[*Apr. 12. Admission of Richard de Watton to the Vicarage of St. Thomas the Martyr, Portsmouth.*]

VICARIA DE PORTESMUTH.—Item memorandum quod secundo Idus Aprilis. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quinto. Consecracionis domini . . . Episcopi xiij°. admissus fuit Ricardus de Watton Capellanus ad vicariam ecclesie beati Thome martiris de [Fo. 16a.] Portesmuth ad pre|sentacionem Religiosorum virorum . . . Prioris et Conventus de Suwyk, et habuit litteram Archidiacono Wynton. vel ejus Officiali sub communi forma ad inducendum eum.

[*March 28. Custody of the Rectory of Oxted and of Ralph Sauvage presented thereto entrusted to Robert de Maydenestane. The Bishop cancels the appointment of John de Hertlepe, Ralph's proctor.*[1]]

CUSTODIA ECCLESIE DE OKSTED COMMISSA DOMINO ROBERTO DE MAYDENESTANE.—Johannes [etc.] . . . Archidiacono nostro

---

[1] See p. 66 above.

Surreye [etc.]. Quia custodiam ecclesie de Ocsted et Radulfi Sauvage clerici ad eandem presentati usque ad legitimam etatem predicti Radulfi domino Roberto de Maydenestane capellano nostro commisimus de nostra gracia speciali, vobis mandamus quatinus eundem Robertum vel ejus procuratorem in corporalem possessionem dicte ecclesie nomine custodie inducatis et defendatis inductum. Custodiam dicte ecclesie quam Johanni de Hertlepe procuratori dicti Radulfi donec eam duxeremus (*sic*) revocandam graciose concessimus totaliter revocantes. Contradictores et rebelles si quos contra concessionem nostram eidem Roberto factam inveneritis per censuram ecclesiasticam compescentes. Data apud Farham juxta Portesmuth. v. Kalendas Aprilis. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quinto. Consecracionis nostre xiij°.

[*June 6. Admission of Roger le Rous to the Rectory of St. Laurence, Southampton.*]

SANCTI LAURENTII SUTHAMPTON.—Memorandum quod viij. Idus Junii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quinto. Consecracionis domini episcopi xiij°. admisit dominus episcopus apud Bitterne dominum Rogerum le Rous presbiterum ad ecclesiam Sancti Laurencii Suthampton ad presentacionem . . . Prioris et Conventus Sancti Dionisii juxta Suthampton, et habuit litteram Archidiacono Winton. vel ejus . . . Officiali sub communi forma ad inducendum eum.

[*Same date. Custody of the Rectory of Clapham conferred on Robert de Brok till August 1st.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE CLOPHAM TRADITA ROBERTO DE BROK ACOLITO.—Memorandum quod eodem die contulit dominus episcopus custodiam ecclesie de Clopham Roberto de Brok Acolito per Priorem et Conventum de Merton ad eandem presentato usque ad festum Sancti Petri ad Vincula proximum venturum et habuit litteram . . . Archidiacono Surreye directam ad ipsum inducendum in corporalem possessionem dicte ecclesie nomine custodie.

[*May 30. Supplication to the Bishop from the Subprior and Convent of St. Swithun, Wynton, lately deprived by death of their Prior William de Basing, for his licence to elect another.*]

LITTERA SUPPRIORIS ET CONVENTUS WYNTONIENSIS PRO LICENCIA ELIGENDI SIBI PRIOREM.—Reverendo in Christo patri domino J. dei gracia Wynton. episcopo sui humiles filii frater Nicholaus supprior et Conventus Cathedralis ecclesie Wynton. devote reverencie famulatum et obediencie debite promptitudinem cum salute. Paternitati vestre reverende presentibus litteris inti-

mamus quod pie memorie frater Willelmus de Basinges quondam Prior noster viam universe carnis est ingressus. Ne autem ecclesia nostra diucius remaneat prioris solacio destituta ad vos tanquam ad patronum nostrum confugimus specialem supplicantes attentius per dilectos commonachos nostros fratres Adam de Hyda, Henricum de Merewelle et Nicholaum de Tarente presencium portitores quatinus instanti desolationi nostre pie si placeat compacientes optatam licenciam nobis eligendi priorem tam libere quam canonice favorabiliter et graciose concedere dignemini. Sanum et incolumem conservet vos Deus etc. Data in Capitulo nostro iij. Kalendas Junii. Anno Domini m°. cc°. Nonagesimo quinto.

[*Undated. The Bishop grants his licence for the election and exhorts the brethren to make a wise choice.*]

LITTERA EPISCOPI PREDICTIS MONACHIS AD ELIGENDUM SIBI PRIOREM.—Johannes [etc.] dilectis in Christo filiis suppriori et Conventui ecclesie Sancti Swithuni Wynton. salutem [etc.]. Ecclesia nostra Sancti Swithuni Wynton. per mortem fratris W. de Basinges nuper prioris ejusdem prioris solacio destituta prout ad nos pertinet tanquam ad verum ejusdem ecclesie patronum, ipsius vacacionis tempore per nos ibidem custodia deputata, per litteras vestras ac fratres Adam de Hyda Henricum de Merewelle et Nicholaum de Tarente commonachos vestros a nobis patrono vestro ut premittitur eligendi vobis priorem licenciam humiliter petiistis. Nos itaque hujusmodi pie petitioni vestre favorabiliter annuentes | eandem vobis tenore presencium duximus concedendam, hortantes vos et obsecrantes in Domino quatinus virum affabilem pacificum humilem prudentem in regularibus disciplinis probatum et in spiritualibus et temporalibus circumspectum ac talem qui digne preesse possit pariter et prodesse vobis in Priorem eligere studeatis, quem quasi in fecunditate Lye et Rachaelis specie commendandum, exigente justicia nedum compellamur merito confirmare, sed etiam ulteriore gracia prosequi et favore. Data apud Mapelderham.

[Fo. 16b.]

[*June 7. The Bishop assents and consents to the election of brother Henry de Merewelle.*]

ASSENSUS DOMINI EPISCOPI DE ELECTIONE FACTA DE FRATRE HENRICO DE MEREWELLE.—Universis pateat per presentes quod vacante nuper prioratu ecclesie Sancti Swithuni Wynton. per mortem fratris Willelmi de Basinges nuper prioris ejusdem Supprior et ejusdem ecclesie Conventus, petita prius a nobis Johanne permissione divina episcopo Wynton. ejusdem ecclesie vero patrono eligendi

priorem licencia et optenta, fratrem Henricum de Merewelle eorum commonachum in ipsorum ecclesie predicte priorem canonice et concorditer elegerunt. Cui quidem electioni nobis tanquam eorundem supprioris et Conventus et ecclesie predicte patrono per dictos Suppriorem et Conventum prout decuit presentate personalem assensum prebuimus pariter et consensum. In cujus rei testimonium etc. Data apud Biterne vij. Idus Junii. Anno Domini m°. cc°. Nonagesimo quinto.

[*June 6. In prosecution of the Election of Henry de Merewelle as their Prior the Subprior and Convent send to the Bishop as their proctor Brother Ralph de Canne with full powers.*]

PROCURATORIUM PRIORIS ET CONVENTUS WYNTON DE ELECTIONE PROSEQUENDA.—Venerabili in Christo patri domino J. dei gracia Wynton. episcopo sui devoti et humiles filii frater N. supprior et Conventus Cathedralis ecclesie Wynton. salutem etc. Ad prosequendum coram reverenda paternitate vestra negocium electionis nostre per nos facte in ecclesia nostra Wynton. de viro provido et honesto fratre Henrico de Merewelle commonacho nostro quem nobis et ecclesie nostre concorditer elegimus in Priorem et ad petendam ipsius electionis nostre et persone electe confirmacionem dilectum fratrem et commonachum nostrum Radulfum de Canne procuratorem nostrum facimus et ordinamus, dantes eidem potestatem et mandatum speciale nomine nostro agendi defendendi quodlibet genus Juramenti in animas nostras prestandi et omnia alia faciendi que in dicto negocio generale mandatum requirunt vel speciale. Ratum habituri et firmum quicquid procurator noster predictus in dicto electionis negocio coram vestra paternitate reverenda nostro nomine duxerit faciendum. In cujus rei testimonium sigillum capituli nostri presentibus est appensum. Data in capitulo nostro die Lune proximo ante diem Sancti Barnabe Apostoli. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quinto.

[*June 6. The process of Election by way of 'compromise'* [1], *the Subprior requiring seven of his fellow-monks to elect unanimously a brother of the Monastery as Prior.*]

COMPROMISSIO FACTA INFRASCRIPTIS MONACHIS AD PROVIDENDUM PREDICTE ECCLESIE DE PRIORE.—Frater Nicholaus de Merewelle supprior Cathedralis ecclesie Sancti Swithuni Wynton et ejusdem loci Conventus dilectis fratribus suis Willelmo de Hoo, Ade de Hyda, Rogero de Entingham, Henrico Bacun, Henrico de Merwelle, Nicholao de Tarente et Willelmo Wallop commona-

---

[1] An election might be conducted in three ways, by scrutiny, compromise, or inspiration.

chis nostris salutem in domino Jesu Christo. Ad providendum nobis et ecclesie nostre Prioris solatio per mortem fratris Willelmi de Basinges dudum Prioris ejusdem destitute idoneo de Priore per electionem canonicam et concordem de vobiscum ipsis aut aliis monachis de Conventu nostro prout secundum Deum nobis et ecclesie nostre Wynton supradicte videritis expedire usque ad horam nonam diei presentis vobis committimus vices nostras. Promittentes nos illum recipere in Priorem quem vos omnes unanimiter et concorditer hac die presenti usque ad horam nonam duxeritis eligendum. Et nisi infra predictam horam in certam personam de vobismet ipsis vel aliis monachis de conventu nostro vos omnes unanimiter concordaveritis, volumus extunc hujus compromissum evanescere et evacuari. Ita quod ex tunc libere ad nos Suppriorem et Conventum potestas eligendi revertatur. Et libere possimus ecclesie nostre sepedicte [et] nobis de Priore providere prout nobis et ecclesie nostre viderimus expedire. In cujus rei testimonium etc. Data in Capitulo nostro viij°. Idus Junii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quinto.

[*Same day. The compromissories report that they have elected Henry de Merewelle Prior.*]

ELECTIO CONPROMISSARIORUM.—In nomine Dei amen. Ego frater Rogerus de Entingham monachus ecclesie Wynton vice mea et vice et nomine fratrum Willelmi de Ho, Ade de Hyda, Henrici Bacun, Nicholai de Tarente et Willelmi de Wallop Concompromissariorum meorum in quos compromissum est a fratre Nicholao de Merewelle Suppriore et Conventu ecclesie nostre Wynton una cum fratre Henrico de Merewelle septimo | compromissario
[Fo. 17a.] nostro secundum formam compromissi nostri providendi ecclesie nostre Wynton prioris solacio destitute per electionem canonicam de priore ac vice et nomine omnium et singulorum de Conventu ad quos presens spectat electio, predictum fratrem Henricum de Merewelle commonachum nostrum presenti ecclesie nostre eligo in priorem. Facta est autem hec electio die Lune proximo ante diem Sancti Barnabe Apostoli. Data in Capitulo nostro die Lune predicta. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quinto.

[*Same day. Bro. Henry de Merewelle assents to his Election, and in testimony of his assent the common seal is attached to the Memorandum.*]

ASSENSUS FRATRIS HENRICI DE . . . DE ELECTIONE FACTA DE EO.—Memorandum quod cum frater Nicholaus de Merwelle supprior et Conventus ecclesie Sancti Swithuni Wynton nobis fratribus W. de Ho, Ade de Hyda, Rogero de Entingham, Henrico Bacun,

Nicholao de Tarente, Henrico de Merewelle et Willelmo de Wallop commonachis ecclesie predicte providendi ecclesie nostre pastoris solatio destitute per electionem canonicam et concordem de priore potestatem unanimiter contulissent, nos sex ex compromissariis predictis videlicet W. de Ho et alii ut supra fratrem Henricum de Merewelle concompromissarium nostrum ecclesie nostre Wynton concorditer consensimus eligendum. Quo consensu sic habito frater Rogerus de Entingham predictus vice sua et nomine suo et etiam vice et nomine quinque compromissariorum suorum predictorum fratrem Henricum de Merewelle predictum in Priorem elegit in hunc modum. In nomine Domini Amen. Ego frater Rogerus de Entingham monachus ecclesie Wynton. etc. ut supra in proxima littera. Huic autem electioni de se facte predictus frater Henricus assensum prebuit humiliter requisitus. In quorum omnium testimonium quia dicti compromissarii sigilla propria non habuerunt sigillum commune capituli nostri presenti memorando procurarunt apponi. Data ut proximo supra.

[*Same day. The Subprior publishes a formal decree of the Election.*]

DECRETUM.—In nomine Domini Amen. Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis Frater Nicholaus de Merewelle supprior et Conventus ecclesie Cathedralis Wynton salutem in Domino sempiternam. Ecclesia nostra Wynton nuper vacante priore per mortem Religiosi viri fratris Willelmi de Basinges dudum prioris ejusdem nos convenientes in capitulo nostro de electione futuri Prioris tractare cepimus, a venerabili patre domino nostro J. Dei gracia Wynton episcopo petita prius et optenta licencia eligendi. Diemque certum ad eligendum videlicet diem Lune proximum ante diem Sancti Barnabe Apostoli de consensu monachorum nostrorum tunc presentium statuentes commonachosque nostros tunc absentes ad eundem diem prout canonicum fuerat interdiu fecimus evocari. Quo die adveniente presentibus omnibus in Capitulo nostro qui debuerunt voluerunt et potuerunt commode interesse invocata Spiritus sancti gracia ac lecta Constitutione Concilii generalis Quia propter[1] communi assensu et unanimi voluntate in septem commonachos nostros videlicet fratres Willelmum de Ho et alios ut supra concorditer compromisimus dantes eisdem potestatem specialem providendi ecclesie nostre prioris solacio destitute per electionem canonicam de Priore ex seipsis vel aliis monachis

---

[1] The first words of a chapter in Pope Gregory IX, *Decretals*, Lib. i, Tit. vi, 'De electione et electi potestate,' cap. xiii. *Codex Iuris Canonici* (1687), ii. 25.

de Conventu ecclesie nostre predicte, prout in suo compromisso plenius continetur. Qui quidem compromissarii in partem secedentes ac super premissis diligentem tractatum et Deum habentes pre oculis, in virum providum et honestum in spiritualibus et temporalibus circumspectum fratrem Henricum de Merewelle commonachum in priorem ecclesie nostre eligendum unanimiter consenserunt. Quo consensu sic habito frater Rogerus de Entingham supradictus vice sua et nomine suo ac etiam vice et nomine fratrum W. de Ho, Ade de la Hyde, Henrici Bacon, N. de Tarente, et W. de Wallop concompromissariorum suorum fratrem Henricum de Merewelle supradictum in priorem nostrum elegit in hunc modum. In nomine Domini Amen. Ego frater Rogerus de Entingham etc. ut supra in tertia littera. Qua electione sic facta et coram nobis in capitulo nostro per predictum fratrem Rogerum in communi pupplicata ac dicti electi consensu post varias requisiciones subsecuto, eidem electioni consensum prebuimus unanimiter et assensum. Decantatoque ympno Te Deum laudamus dictaque oracione prout est in talibus consuetum eandemque (*sic*) electionem tam clero quam populo fecimus solempniter pupplicari. Et ut huic decreto fides plenior adhibeatur sigillum commune capituli nostri de unanimi voluntate pariter et assensu nostro presenti decreto fecimus apponi. Data ut supra.

[Fo. 17b.]

[*June 6. The Subprior and Convent supplicate the Bishop as their patron to confirm this election.*]

[No rubricated heading].[1]—Venerabili in Christo patri domino Johanni providencia divina presuli ecclesie Wynton patrono suo sui filii humiles et devoti frater Nicholaus Supprior ecclesie Sancti Swithuni Wynton et ejusdem loci Conventus obedienciam [et] reverenciam tanto patri genuflexam. Paternitati vestre intimamus per presentes quod bone memorie fratre Willelmo nuper priore nostro viam universe carnis ingresso ac petita a vestra sancta paternitate licencia eligendi priorem et liberaliter concessa nos voluntate unanimi et consensu virum providum et discretum in temporalibus et spiritualibus fratrem Henricum de Merewelle commonachum nostrum latorem presentium nobis elegimus in Priorem. Hinc est quod eundem vestre presentamus paternitati, supplicantes attentius et devote quatinus predicte electioni patronalem assensum prebentes munus confirmacionis impendere dignemini eidem. Valeat vestra

---

[1] In a later hand in the margin 'Supplicacio Prioris et Conventus facta episcopo ut munus Confirmacionis electo dignetur impendere.'

paternitas reverenda per tempora diuturna. Data in Capitulo nostro viij. Idus Junii. Anno domini ut supra.

[*June 7. The Bishop's letters patent in confirmation of the Election.*]

LITTERA CONFIRMACIONIS PREDICTI ELECTI.—Universis presentes literas inspecturis Johannes [etc.] salutem etc. Noverit universitas vestra quod prioratu Cathedralis ecclesie Sancti Swithuni Wynton nuper vacante per mortem fratris Willelmi de Basinges quondam Prioris ejusdem, Supprior et Conventus ejusdem ecclesie, petita prius a nobis tanquam a patrono ejusdem ecclesie eligendi priorem licencia et optenta, fratrem Henricum de Merewelle eorum commonachum, virum providum et honestum in spiritualibus et temporalibus circumspectum sibi et ecclesie sue predicte elegerunt canonice in Priorem. Cui quidem electioni nobis tanquam tam ipsius ecclesie vero patrono quam loci diocesano per dictos suppriorem et Conventum presentate patronalem prebentes assensum electionem ipsam auctoritate pontificali duximus confirmandam, eidem Priori omnium bonorum tam spiritualium quam temporalium ad eundem prioratum qualitercunque spectantium administracionem liberam concedentes. Quocirca universitatem vestram attente rogamus quatinus eundem fratrem H. priorem per se et suos ministros de bonis hujusmodi pro voluntate sua administrare libere permittatis, nullam eidem vel suis in administracione hujusmodi inferentes molestiam vel gravamen. Data apud Byterne. vij. Idus Junii. Anno Domini m°. cc°. Nonagesimo quinto. Consecracionis nostre Tertiodecimo.

[*June 7. The Bishop reports to the Subprior and Convent his acceptance of their election and his admission of H. de Merewelle as Prior. He exhorts them to obedience to the Prior's authority which he undertakes to support by his own.*]

LITTERA EPISCOPI SUPPRIORI ET CONVENTUI UT OBEDIANT TALI TANQUAM PRIORI SUO.—Johannes [etc.] dilectis filiis Suppriori Sancti Swithuni Wynton et ejusdem loci Conventui salutem [etc.]. Cum electionem nuper de fratre Henrico de Merewelle commonacho vestro in vestrum et ecclesie vestre Wyntoniensis priorem per vos canonice factam et nobis presentatam, ipsius electionis ac persone electe meritis primitus examinatis sollicitudine debita et plenius intellectis, auctoritate pontificali duxerimus confirmandam et confirmaverimus secundum canonicas sanctiones ipsumque admiserimus et in priorem ecclesie vestre predicte perpetuum instituerimus justicia exigente, vobis injungimus in virtute obediencie et mandamus quatinus devocionis et obediencie filii existentes eidem fratri H. tanquam vestro Priori, prout sancte Conversacionis vestre

requirit religio, obedienciam reverenciam exhibeatis pariterque honorem. Ipsi ut vestro Priori tam in spiritualibus quam in temporalibus per omnia intendentes humiliter et devote. Sententias autem quascunque suspensionis excommunicationis interdicti tulerit in rebelles faciemus auctore domino inviolabiliter observari. Data apud Byterne vij°. Idus Junii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quinto. Consecracionis nostre Tertiodecimo.

[An entry out of proper order. No rubricated heading.]

[*1299, May 15. Admission of Richard, son of Roger de Hameleton, to the Rectory of Chale.*]

J. permissione divina etc. Ricardo filio Rogeri de Hameleton subdiacono salutem [etc.]. Ad ecclesiam de Chale nostre diocesis vacantem, ad quam per dominum Rogerum de Langeford militem verum ejusdem ecclesie patronum nobis nuper presentatus exstitisti, te admittimus et Rectorem instituimus in eadem. In cujus rei etc. Data apud Suwerk. Idus Maii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo Nono et Consecracionis nostre xvij°.

[*1295.*]

INDUCTIO ECCLESIE DE CRANLE JACOBO DE DALILEYE SUBDIACONO PER ARCHIDIACONUM SURREYE FACTA.[1]

[Fo. 18a.]

[*October 15. Collation of Richard de Overton to the Rectory of Overton.*]

COLLACIO ECCLESIE DE OVERTON.—Memorandum quod Idus Octobris. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo quinto apud Farham contulit dominus episcopus ecclesiam de Overton domino Ricardo de Overton vacantem et ad suam collacionem spectantem et habuit litteram collacionis patentem et litteram Inductionis Officiali Wynton ad inducendum eum in possessionem dicte ecclesie sub communi forma.

[*Oct. 26. Custody of the sequestrated Rectory of Ellisfield St. Martin then vacant bestowed on Henry Trocard.*]

CUSTODIA SEQUESTRI ECCLESIE DE ULSEFELD TRADITA MAGISTRO H. TROCARD.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio . . . Archidiacono Wynton. vel ejus Officiali salutem [etc.]. Quia custodiam sequestri in fructibus ecclesie de Ulsefeld Sancti Martini nostre diocesis vacantis dilecto nobis in Christo Henrico Trocard clerico donec eam duxerimus revocandam commisimus graciose,

---

[1] This rubric stands alone with no process attached to it.

vobis mandamus quatinus eundem H. ipsius sequestri custodiam habere liberam permittatis quousque aliud super hoc a nobis habueritis in mandatis. Data apud Wolveseye. vij°. Kalendas Novembris. Anno domini ut supra. Consecracionis nostre xiiij°.

[*Sept. 27. Resignation of the above Rectory by Henry de Symplingham.*]

RESIGNACIO ECCLESIE DE ULSEFELD SANCTI MARTINI PREDICTE.—Reverendo in Christo patri ad [*lege* et] domino, suo si placet, domino J. dei gracia Wynton episcopo, suus devotus clericus Henricus de Symplingham Rector seu commendatarius ecclesie Sancti Martini de Ulsefeld salutem cum omni obediencia reverencia et honore. Ecclesiam de Ulsefeld predictam cum omnibus juribus suis et pertinenciis in vestras sacras manus pure sponte simpliciter et absolute resigno per presentes. In cujus rei testimonium sigillum meum presentibus apposui. Data v. Kalendas Octobris. Anno Domini m°. cc°. Nonagesimo quinto.

[*Nov. 1. Collation of John de Burton to the Vicarage of Hambledon.*]

COLLACIO VICARIE DE HAMELDON.—Memorandum quod Kalendis Novembris apud Farham anno domini m°. cc°. Nonagesimo quinto. Consecracionis domini J. Wynton episcopi xiiij°. Collata fuit vicaria de Hameledon domino Johanni de Burton presbitero et habuit litteras collacionis et institucionis sub communi forma.

[*Same date. Collation of Master Henry de Bagethorp to the Vicarage of Fareham.*]

COLLACIO VICARIE FARHAM MAGISTRO HENRICO DE BAGETHORP CLERICO.—Item dictis die et loco collata fuit vicaria de Farham magistro Henrico de Bagethorp clerico et habuit litteras collacionis et Institucionis sub communi forma. Anno Consecracionis domini Johannis episcopi Wynton. xiiij°.

[*Dec. 27. Admission of Henry Trocard not yet in Holy Orders to the Rectory of Ellisfield St. Martin, on the understanding that he shall apply for the Orders which the cure of the Church requires in due course.*]

COLLACIO.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio magistro Henrico dicto Trocard salutem [etc.]. De vestre probitatis meritis confidentes ad ecclesiam de Ulsefeud Sancti Martini nostre diocesis vacantem et ad presentacionem Religiosorum virorum Prioris et Conventus de Suwyk spectantem tecum super quod nondum es in sacris ordinibus constitutus misericorditer dispensantes, te admittimus intuitu caritatis et rectorem cum omnibus juribus et pertinenciis quibuscunque ad eandem quoquo modo spectantibus instituimus in

eadem. Observato quod te ad ordines quos ipsius ecclesie cura requirit procures statutis temporibus promoveri. In cujus rei testimonium etc. Data apud Suwerk prope London. vj°. Kalendas Januarii. Anno domini supradicto.

[*xv° Anno, 1296, Nov. 11. The Bishop dating from Rome entrusts to certain officials the collation of Master Thomas de Skerning to the Archdeaconry of Surrey.*]

COLLACIO ARCHIDIACONATUS SURREYE.—Johannes [etc.] domino Priori Wynton necnon etiam Officiali nostro Wynton seu eorum vicem gerentibus ac ceteris quibus in absencia vices nostras sub certa forma commisimus et eorum cuilibet superstiti ita quod unus non expectata alterius absencia mandatum nostrum infrascriptum plenarie exequatur salutem [etc.]. Quia Archidiaconatum Surreye nostre diocesis per mortem magistri Petri de Sancto Mario vacantem et ad nostram collacionem spectantem magistro Thome de Skerning clerico et commessali nostro cum omnibus [juribus] et pertinenciis suis contulimus intuitu caritatis, vobis mandamus quatinus eundem magistrum Thomam seu procuratorem ipsius in possessionem ejusdem Archidiaconatus Surreye ac jurium ejusdem corporaliter inducatis et defendatis inductum, donec ipsius Archidiaconatus et jurium ejusdem possessionem habuerit pacificam et quietam. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum etc. Data Rome iij°. Idus Novembris. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo Sexto. Consecracionis nostre Quinto decimo.

[Fo. 18b.]

[*The rubricating is not carried on through this and the twelve following pages, but later hands have generally noted the subject matter of the several entries in the margin.*]

[*Same date. The Bishop collates Mag. William de Wenling his Steward to the Mastership of the Hospital of St. Cross.*]

COLLACIO DOMUS SANCTE CRUCIS.—Johannes [etc.] domino . . . Priori Wynton necnon etiam Officiali nostro Wynton seu eorum vicem gerentibus etc. ut supra proximo. Quia magisterium Domuum sive custodiam domus seu custodiam hospitalis Sancte Crucis prope Wynton per mortem magistri Petri de Sancto Mario vacantem et ad nostram collacionem spectantem magistro Willelmo de Wenling clerico nostro et Seneschallo domus nostre cum omnibus juribus et pertinenciis suis contulimus intuitu caritatis, vobis mandamus quatinus eundem magistrum Willelmum seu procuratorem ipsius in possessionem ejusdem magisterii domus seu custodie hospitalis predicti ac jurium ejusdem corporaliter inducatis et defendatis inductum, donec eorundem magisterii domus et custodie hospitalis predicti et

jurium ejusdem possessionem habuerit pacificam et quietam. Contradicentes et rebelles per censuram ecclesiasticam compescentes. In cujus rei etc. Data ut proximo supra.

[*1297, May 12. Acquittance from Orvieto to John de Schelton, controller of the Bishop's wardrobe.*]

ACQUIETANCIA.—Universis presentes literas inspecturis Johannes [etc.] salutem etc. Noveritis quod nos dilectum nobis in Christo Johannem de Schelton receptorem et expenditorem denariorum garderobe nostre, de omnibus receptis misis liberatis et expensis per manus ejusdem Johannis factis a tempore quo primo venit in obsequium nostrum usque ad diem confectionis presentium de quibus nobis et clericis nostris pro nobis bonum et legalem compotum reddidit quod bonum et fidelem approbamus, quietum clamamus et absolvimus per presentes. In cujus rei testimonium etc. Datum apud Sanctum Severum juxta urbem veterem. iiij. Idus Maii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo septimo. Consecracionis nostre xv°.

[*1299, March 16. In compassion for his weakness and at the instance of friends the Bishop allows Roger Gervays, Rector of Wickham, a coadjutor.*]

Johannes [etc.] domino Rogero Gervays Rectori ecclesie de Wicham nostre diocesis salutem [etc.]. Inbecillitati status tui compacientes ad instanciam et rogatum amicorum tuorum qui in hoc tibi proficere et complacere firmiter asserebant, magistrum Robertum Gervays de Candevere coadjutorem dummodo tibi placeat assignamus. Data apud Suwerk. xvij. Kalendas Aprilis. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo viij°. Consecracionis nostre septimo decimo.

[*1299, April 26. The Bishop addressing the Prior and Convent of St. Swithun, Winchester, refers to considerable Rectorial rights granted to their Monastery by his predecessor Bp. Henry of Blois, the value of which however had been so seriously diminished that they could not properly support the charges for lighting their Church or for the free exercise of hospitality. He therefore assigns to them the Rectory of Wotton of which they were already patrons on the cession or decease of the then Rector, reserving a sufficient sum for the institution of a perpetual Vicarage.*]

LITTERA APPROPRIACIONIS ECCLESIE DE WOTTON PRIORI ET CONVENTUI SANCTI SWITHUNI CONCESSE.—Johannes [etc.] dilectis in Christo filiis fratri Henrico Priori Sancti Swithuni Wynton et ejusdem loci Conventui salutem [etc.]. Sacre Religionis professoribus qui spretis mundi fluctibus et ejus vanitatibus omnino relictis omnipotenti Deo elegerent (*sic*) famulari nonnunquam aliqua Religionis favore liberaliter conceduntur que solent aliis aliquociens interdici.

Sane ex parte vestra nobis extitit intimatum quod licet dudum bone memorie Henricus[1] episcopus Wyntoniensis predecessor noster aliquas ecclesias vobis concesserit in proprios usus, et assignaverit optinendas ad certa ministeria in ecclesia nostra Sancti Swithuni temporibus pro futuris ad honorem Dei imperpetuum reparanda, prout in literis propriis domini H. episcopi sigillo ipsius signatis ac lecturis apostolicis super hiis ex certa sciencia domini . . . pape confirmatoriis plenius cum examinacione diligenti vidimus contineri. Attendentes tamen quod vos et domus vestra per varios litium amfractus et priorum vestrorum incongruas sepius iteratas mutaciones qui pro voluntate episcoporum Wyntoniensium per aliqua tempora preficiebantur; redditus unde ecclesiastici et possessiones usque ad magnam partem vestre sustentacionis per oppressiones varias minorati sunt non mediocriter et subtracti prout a fidedignis et fide didiscimus (*sic*) oculata Fabrica ecclesiastica in ecclesia nostra predicta per prefatum dominum H. episcopum dudum incepta hactenus per vos nec adhuc sine maximo adjutorio valeat consummari. Luminaria insuper coram magno altari vestro, ad que alique ecclesiarum [quas] aliquando in proprios usus tenuistis fuerant assignate, pretextu hujusmodi subtractionis non sustentantur; pauperes etiam et hospites prout convenit propter lapsum facultatum vestrarum | non recipiuntur vobis et domui vestre eo favora-
[Fo. 19a.] bilius quod de patronatu nostro existitis, consciencia etiam nostra nos impellente affectione paterna compatientes et diligenter advertentes quod ad premissa facienda et sustinenda vestre non suppetunt facultates; Ecclesiam de Wotton nostre diocesis cujus patronatus [jus] habetis in presenti cum omnibus juribus et pertinenciis suis ac liberis consuetudinibus ejusdem cedente vel decedente Rectore ipsius ecclesie in premissorum reparacionis et sustentacionis subsidium in usus proprios libere imperpetuum convertendam deputamus, assignamus vobis et concedimus per presentes. Reservata nobis et successoribus nostris potestate ordinandi et taxandi vicariam perpetuam in ecclesia de Wotton antedicta de proventibus ejusdem ecclesie ad valorem xij marcarum sterlingorum pro sustentacione vicarii qui pro tempore fuerit in eadem ad presentacionem vestram per nos et successores nostros canonice admittendi et instituendi. Qui quidem vicarius cum institutus fuerit omnia temporalia et Archidiaconalia onera omnesque defectus ipsius ecclesie Rectori seu Vicario incumbentes totaliter sustinebit. Volumus insuper et de gracia speciali vobis tenore presentium concedimus, ut cedente

[1] Henry of Blois, Bishop, 1129-1171.

vel decedente nunc Rectore ipsius ecclesie possessionem corporalem ipsius per vos vel procuratores vestros, nobis vel Officialibus nostris seu quibuscunque aliis inferioribus ministris nostris irrequisitis auctoritate propria immo verius nostra libere ingredi et possidere pacifice valeatis. In cujus rei testimonium etc. Data apud Merewelle. vj. Kalendas Maii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo nono. Consecracionis nostre xvij^mo^.

[*Same date. The Bishop's letters patent giving effect to the above concession.*]

CONCESSIO JURIS PATRONATUS ECCLESIE DE WOTTON PER EPISCOPUM WINTON.—Universis presentes literas visuris vel audituris J. [etc.] salutem in Domino sempiternam. Licet de paterna sollicitudine omnibus ecclesiis nobis subjectis teneamur astricti, Ecclesie tamen seu capitulo nostro Wynton que sicut membra nobis ut capiti uniuntur ut unum corpus in Domino faciamus specialis dilectionis prerogativa in caritatis visceribus copulamur. Compatientes igitur dilectorum filiorum . . . Prioris et Conventus ecclesie nostre Wynton laboribus et angustiis que hactenus sunt perpessi eosdem de paterna pietate in quibus possumus relevare volentes, jus patronatus quod in ecclesia de Wotton et aliis juribus ad eandem ecclesiam pertinentibus nostre diocesis in eorum manerio existentibus optinemus eisdem et eorum successoribus pro nobis et successoribus nostris caritative donamus et concedimus per presentes. In cujus rei etc. Data ut supra proximo.

[*April 27. Letters patent from the Prior and Convent of St. Swithun binding themselves and their successors to the celebration of two masses daily, one for the soul of their benefactor the late Bishop Nicholas of Ely, the other with special reference to the donation of Wotton for the present Bishop during his life, for his soul after decease. They also undertake to contribute certain fixed sums in alms and otherwise, submitting in case of failure to carry out these obligations to the coercion of the Bishop of Winchester for the time being, or, if necessary, to the Archbishop of Canterbury.*]

LITTERE OBLIGATORIE PRIORIS ET CONVENTUS SANCTI SWITHINI WINTON PER QUAS SE ASTRINGUNT DUAS MISSAS IMPERPETUUM CELEBRARE AC ALIA CARITATIS OPERA ET ANNIVERSARIA EXHIBERE PRO ANIMABUS NICHOLAI ET JOHANNIS WINTON EPISCOPORUM.—Universis sancte matris ecclesie filiis presentes literas visuris vel audituris Frater Henricus permissione divina Prior Sancti Swithuni Wynton et ejusdem loci Conventus salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod nos unanimiter pro nobis et successoribus nostris concedimus quod singulis diebus in monasterio nostro due misse per duos commonachos nostros qui secundum ordinem singulis diebus ad hoc in tabula ponantur ad

medium altare Sancti Johannis Evangeliste in loco qui dicitur Ad Apostolos imperpetuum celebrentur, quarum una specialiter pro anima bone memorie domini Nicholai de Ely nuper episcopi nostri cujus cor in dicto monasterio est humatum et alia specialiter pro domino Johanne nunc episcopo Wyntoniensi de Sancto Spiritu quamdiu vixerit, et pro ipsius anima cum de ipso humaniter contigerit, singulis diebus imperpetuum missa de mortuis celebretur, et quolibet anno die obitus ejusdem Johannis ipsius anniversarium solempniter cum classico celebrabimus in recommemoracionem beneficiorum nobis ab eodem collatorum et specialiter pro appropriacione ecclesie de Wotton nobis caritatis intuitu facte per eundem. Concedimus etiam quod xij°. die Februarii annis singulis imperpetuum exhibebimus Conventui nostro per manus Sacriste et elemosinarii nostri qui pro tempore fuerit quinque marcatas [Fo. 19b.] epulorum | singulis monachis pro equalibus porcionibus dividendas et distribuendas in recompensacionem communis laboris quem sustinebunt monachi pro anima dicti Nicholai episcopi singulis diebus celebrantes et eisdem ministrantes. Exhibebimus etiam Conventui nostro dicto die per predictorum manus ad pitanciam viginti solidos et pauperibus ad portam Prioratus nostri pro anima ejusdem Nicholai panem ad estimacionem viginti solidorum quas quidem quinque marcas ad species emendas et viginti solidos ad pitantiam et alios viginti solidos ad elemosinas dictis sacriste et elemosinario singulis annis imperpetuum de bonis nostris communibus, et specialiter de redditibus et exeuntibus manerii nostri de Wotton, necnon et de fructibus ipsius ecclesie nobis appropriate in cujuscunque manu extiterit in festo Nativitatis Sancti Johannis Baptiste unanimiter solvi concedimus. Et ad hec facienda dictum manerium et ecclesiam assignamus pro beneficiis nobis in vita sua collatis, et pro centum marcis nobis per dictum dominum N. specialiter legatis, quas executores ejusdem nobis solverunt. Et pro bona biblia dicti episcopi in duobus voluminibus bene glosata quam nobis ipsius executores contulerunt. Et ad premissa singula secundum quod premittitur fideliter imperpetuum facienda obligamus nos et successores nostros per presentes subicientes nos et successores nostros in premissis cohercioni domini Episcopi Wyntoniensis vel ipsius Officialis qui pro tempore fuerit quod possint majores ecclesie nostre et omnes ministraciones in temporalibus habentes per omnem censuram ecclesiasticam cohercere. Et si contingat, quod absit, quod dictus dominus episcopus vel ejus Officialis remissi vel negligentes fuerint in hac parte, subicimus nos et successores nostros in forma qua premittitur jurisdictioni domini

. . . Officialis Curie Cantuariensis qui pro tempore fuerit, quod possit nos per similem censuram si necesse fuerit compellere ad premissorum omnium observationem et subtractorum seu etiam omissorum si que fuerint, quod absit, satisfactionem. In cujus rei testimonium sigillum Capituli nostri presentibus literis apponi fecimus. Data in capitulo nostro quinto Kalendas Maii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo Nono.

[*May 16. The Rectory of Wotton being vacated by the resignation of Dn. Ralph de Stanforde, the Bishop admits the Prior and Convent of St. Swithun as Rectors, subject to the appointment of a Vicarage in the same.*]

INSTITUCIO ET ADMISSIO PRIORIS ET CONVENTUS AD RECTORIAM DE WOTTON.—Johannes [etc.] dilectis in Christo filiis Priori et Conventui Sancti Swithuni Wynton. salutem [etc.]. Ad ecclesiam de Wotton nostre diocesis vacantem per resignacionem domini Radulfi de Stanforde nuper Rectoris ejusdem quam vobis prius appropriavimus vos admittimus et Rectores instituimus de eadem salva nobis potestate vicariam ordinandi et taxandi in eadem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus fecimus apponi. Data apud Suwerk. xvij. Kalendas Junii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo Nono. Consecracionis nostre xvij^mo^.

[*Same date. The Bishop's mandate to Mag. Henry de Symplingham, Canon of Wherwell, to induct to the Rectory of Wotton Roger de Entingham as proctor for the Prior and Monks of St. Swithun whom he has already invested with the* pilleus.]

J. [etc.] dilecto in Christo filio magistro Henrico de Simplingeham Canonico de Werewelle salutem [etc.]. Quia ecclesiam de Wotton nostre Diocesis Religiosis viris Priori et Conventui Sancti Swithuni Wynton appropriavimus et in proprios usus concessimus optinendam ac fratrem Rogerum de Entingham monachum dicte ecclesie ac procuratorem ipsorum nomine eorundem, facta nobis prius spontanea resignacione de eadem per dominum Radulfum de Staneford nuper Rectorem ejusdem, pilleo nostro investivimus de eadem, tibi mandamus quatinus ipsos vel procuratorem ipsorum in corporalem ejusdem ecclesie possessionem vice nostra inducas et inductos seu inductum defendas. Contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam compescendo. Data ut supra proximo.

[*May 24. The Bishop gives full acquittance to Thomas de Pores, controller of his wardrobe.*]

ACQUIETANCIA.—Universis pateat per presentes quod nos J. [etc.] dilectum nobis in Christo Thomam de Pores de Maidestane Clericum nostrum expenditorem denariorum Garderobe nostre de omnibus receptis misis, expensis, liberacionibus et allocationibus per

ipsum a tempore quo primo venit in obsequium nostrum usque ad diem confectionis presentium, de quibus omnibus et singulis supradictis bona et fidelia ratiocinia nobis reddidit liberanda, quietum clamamus et absolvimus per presentes. Data apud Bekesburne prope Cantuariam die dominica proxima post festum Sancti Dunstani. Anno domini. m°. cc°. Nonagesimo Nono.

[Fo. 20a.]

[*May 2. William Segyn who claims that he is Rector of Wonston, having been frequently cited to produce a Papal dispensation whereby he is enabled to hold this benefice with that of Mancetter in the Diocese of Coventry and Lichfield and the Subdeanery of* (?) *Chartres, which summons he has hitherto evaded, the Archdeacon of Winchester is now directed by peremptory citation to require his appearance at Winchester to show cause why the Rectory of Wonston, in the Bishop's patronage, should not be conferred upon his clerk. The result of this citation to be formally reported to the Bishop.*]

LITTERA DOMINI CITATORIA DIRECTA . . . ARCHIDIACONO WINTON VEL EJUS . . . OFFICIALI PRO ECCLESIA DE WONSINGETON, UT INCUMBENS EXHIBEAT SUFFICIENTEM DISPENSATIONEM QUALITER POTEST RETINERE TRIA BENEFICIA INCOMPATIBILIA.—J. [etc.] dilecto filio . . . Archidiacono Wynton. vel ejus Officiali salutem [etc.]. Cum nos pluries dominum Willelmum Segyn qui se gerit pro Rectore ecclesie de Wonsington nostre diocesis nostrique patronatus tam per nos quam per Officiales nostros citaverimus seu citari fecerimus ut coram nobis aut commissariis nostris certis diebus et locis sibi assignatis per se aut per Responsalem ydoneum compareret sedis Apostolice dispensacionem auctoritate cujus dictam ecclesiam de Wonsington una cum ecclesia de Mamcestre Conventrensis et Lechfeldensis Diocesis et Subdecanatu Karnotensi quibus cura consimilis minime dinoscitur simul tenere se asserit secundum formam constitucionis felicis recordacionis Gregorii pape decimi super hoc edite[1] precise et peremptorie exhibiturus, prout in processibus super hiis habitis plenius continetur; nos ipsam ecclesiam de Wonsington eo ipso illicite retentam et vacantem esse reputantes quod idem Willelmus sufficienter expectatus nullam dispensacionem per se vel per alium coram nobis vel commissariis nostris terminis ad hoc sibi specialiter assignatis exhibuit aut exhiberi curavit, nos tamen alias cum instancia rogavit ut ipsam ecclesiam super cujus retentionem se nullam dispensacionem habere coram nobis asseruit exprese, cuidam nepoti suo in minori etate constituto conferreremus (*sic*), cui intendimus infra breve tempus cum se facultas optulerit in nostra diocesi de competenti beneficio providere. Ipsam quidem ecclesiam cuidam clerico nostro ydoneo et bene merito contulimus in forma constitu-

---

[1] At the Council of Lyons.

cionis prelibate. Quare vobis mandamus quatinus peremptorie citetis eundem Willelmum vel ejus procuratorem apud Wonsington si ibi inveniantur, alioquin citacionis edictum in domibus ecclesie et in ipsa ecclesia coram clero et populo pupplice proponatis quod compareat coram nobis vel commissario nostro in majori ecclesia Wynton proximo die juridico post octavas Apostolorum Petri et Pauli, quare dictus clericus noster in corporalem dicte ecclesie possessionem induci et inductus defendi non debeat precise et peremptorie propositurus probaturus et ulterius facturus quod justicia suadebit. Denunciantes eidem quod sive venerit sive non faciemus in dicto negocio quod incumbit. Et quid super premissis feceritis nos vel commissarium nostrum dictis die et loco distincte et aperte certificetis per litteras vestras patentes harum seriem continentes. Data apud Farnham in crastino Apostolorum Philippi et Jacobi. Anno domini. m°. cc°. Nonagesimo nono. Consecracionis nostre xvij^{mo}.

[*June 2. The Bishop being about to set out for the Continent for matters concerning the kingdom at the command of the king, appoints G. de Farham his Treasurer at Wolvesey and Michael de Hellestone as his representatives for the conferring of benefices and the performance of other spiritual offices in his place.*]

COMMISSIO FACTA DOMINO G. DE FARHAM ET MAGISTRO MICHAELI DE HELLESTONE CUM POTESTATE ADMITTENDI ET INSTITUENDI PRESENTATOS AD BENEFICIA.—J. [etc.] dilectis in Christo filiis G. de Farham clerico nostro de Wolvesey et magistro Michaeli de Hellestone commissario nostro generali in officialis absentia salutem [etc.]. Ad partes transmarinas pro gravibus regni Anglie negociis annuente domino feliciter expediendis de mandato domini regis et regni procerum proficientes[1] vobis conjunctim et divisim committimus et mandamus quatinus presentatis ad ecclesiastica beneficia in diocesi nostra litteras inquisicionis in forma debita concedentes ipsos quos habiles et ydoneos inveneritis ad beneficia ad que presentati fuerint vice nostra admittatis et canonice instituatis in eisdem, facientes eos in corporalem possessionem ipsorum beneficiorum prout moris est induci et inductos censura ecclesiastica defendi. Beneficiis civitatis Wynton vacantibus et vacaturis et ad officialis nostri collacionem ratione officii sui spectantibus sibi specialiter reservatis. In quorum omnium testimonium etc. Data Doveris iiij. Nonas Junii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo nono. Consecracionis nostre xvij^{mo}.

---

[1] See 'Procuratorium generale pro *Nunciis*', Rymer, *Foedera*, ii. 837, dated May 12, 1299.

[*Same date. A commission to Michael de Hellestone to act as the Bishop's Official in all cases and suits in his Consistory-Court at Winchester until this commission be revoked.*]

ITEM ALIA COMMISSIO FACTA MAGISTRO MICHAELI DE HELLESTONE COMMISSARIO GENERALI IN OMNIBUS CAUSIS ET LITIBUS.—J. dei gracia etc. dilecto filio magistro Michaeli de Hellestone Commissario nostro generali in Officialis absencia salutem etc. Ad partes, ut supra proximo usque proficientes. In omnibus causis et litibus in diocesi nostra inter partes aut ex officio in Consistorio nostro Wynton et extra motis seu movendis vobis vices nostras committimus cum canonice cohercionis potestate. Commissionibus aliis super exceptis jurisdictione nostra vobis prius factis quas per presentes revocare non intendimus in suo robore duraturas. Data ut supra proximo.

[Fo. 20b.]

[*April 28. Pope Boniface VIIIth instructs his nuncio, Raynald, Bp. of Vicenza, to insist on the due observance of the truce which had been arranged between Philip, King of France, on the one side and Edward, King of England, on the other, pending a peaceful settlement of their dispute concerning Gascony.*[1]]

LITTERA POTESTATIS CONFIRMACIONIS TREUGARUM INTER PHILIPPUM FRANCORUM REGEM ET EDWARDUM REGEM ANGLIE.—Bonifacius etc. venerabili fratri Raynaldo episcopo Vincentino salutem et apostolicam benedictionem. Dudum super reformatione pacis et concordie ac super hiis que pertinent ad pacem, et super omnibus et singulis litibus et questionibus controversiis dampnis injuriis guerris et offensis juribus et actionibus realibus et personalibus atque mixtis ceterisque discordiis que erant vel esse possent inter karissimos in Christo filios nostros Philippum Francorum ex parte una et Edwardum Anglie ex altera reges illustres in nos sub certa forma extitit compromissum. Nosque pronunciacionem quandam nec non dispensaciones matrimoniorum,[2] ac nonnulla alia tam ex virtute compromissorum factorum in nos, quam auctoritate apostolica fecimus inter partes. Verum cum inter alia treuge inter dictas partes dudum indicte fuerunt, et nos te pro hujusmodi negociis ad ultra-

[1] This series of four letters from the Pope no doubt finds a place here because Bp. J. de Pontissara was the King's principal emissary on the question of making peace with France. Simon, Bp. of Salisbury, Amadeus, Earl of Savoy, Henry de Lacy, Earl of Lincoln, Guy de Beauchamp, Earl of Warwick, and others were associated with him. Rymer (*Foedera*, ii, pp. 837-844) gives several documents relating to this embassy, chiefly in French, but he does not include the present series, except the last, here erased.

[2] Alluding to the proposals of marriage of King Edward to Margaret, daughter of Philip III of France and of Edward, Prince of Wales to Isabella, the infant daughter of Philip the Fair which was the outcome of the arbitration of Boniface VIII. Rymer (*Foedera*, ii. 838) prints a letter of Prince Edward in which he appoints Henry de Lacy, Earl of Lincoln, as his Proctor in this matter. See also *ib.* 836.

montanas partes duximus destinandum, Fraternitati tue per Apostolica scripta mandamus quatinus dictas treugas sive voluntarie sive alias indicte vel etiam prorogate noscantur facias a partibus inviolalibiter observari, et si quid super ipsas vel contra eas inveneris temere innovatum vel etiam acceptatum illud in statum debitum revoces et revocari, corrigi et emendari procures. Contradictores quoslibet ac rebelles auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellacione postposita compescendo. Non obstante si aliquibus cujuscunque eminencie, condicionis et status etiam si regali vel alia prefulgeant dignitate a sede apostolica sit indultum quod interdici vel excommunicari nequeant aut suspendi per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Data Lateran. iiij. Kalendas Maii. Pontificatus nostri anno quinto.

[*Same date. Letter from the same to the same giving further discretionary powers with a view to the satisfactory settlement of disputes with the consent of both parties. Progress to be frequently reported.*]

LITTERA POTESTATIS SUPPLETORIE NEGOCII.—Bonifacius etc. [*verbatim as above to* destinandum]. Attendentes quod eo plenius et commodius ipsa poterunt juxta nostrum desiderium negocia prosperari quo majori per nos fueris auctoritate munitus, Fraternitati tue de qua fiduciam gerimus in domino pleniorem presentium auctoritate committimus et mandamus quatinus si quid dubium vel contrarietatis super negocio ipso forsan emerserit quod tolli debeat vel suppleri, illud provide prosequaris et facias dummodo processerit de communi partium voluntate, significaturus frequenter nobis quod feceris et que pro bono statu partium et pro felici prelibati consummacione negocii videris nuncianda. Data Lateran. iiij. Kalendas Maii. Pontificatus nostri anno quinto.

[*April 25. The same to the same, directing that the lands, vassals, and goods on either side under dispute are to be assigned to the nuncio to be held for the Pope until further orders be given.*]

LITTERA SUPER RECIPIENDA TERRA VASCONIE.—Bonifacius episcopus etc. venerabili fratri Reginaldo episcopo Vincentino etc.

Dudum inter karissimos in Christo filios nostros Philippum Francorum ex parte una et Edwardum Anglie ex altera illustres reges ex virtute compromissorum factorum in nos per procuratores et amicos eorundem inter cetera duximus arbitrandum quod omnes terre, vassalli et bona tam que tenebat rex Francie de hiis que tenuerat rex Anglie ante guerram presentem, quam que tunc tenebat [rex] Anglie in regno Francie bona fide ac sine omni fraude absolute et libere ponerentur et assignarentur in manibus et posse nostris

tenenda a nobis nomine regis Francie que ex parte sua et nomine regis | Anglie que ex parte ejusdem contingeret assignari. [Fo. 21a.] Eisdem quoque regibus per alias litteras nostras scribimus ut terras, vassallos et bona predicta tibi de cujus diligentia, puritate et circumspectione confidimus et quem ad partes illas pro hiis et aliis hujusmodi negocium contingentibus duximus fiducialiter destinandum, nomine nostro juxta predicti modum arbitrii assignent seu faciant liberaliter assignari tenenda custodienda et conservanda per te donec super hoc aliud duxerimus disponendum. Quocirca Fraternitati tue presentium tenore committimus et mandamus quatinus terras, vassallos, et bona omnia prelibata petas et recipias, per te ac alium seu alios nomine nostro a Regibus memoratis vel illis per quos ea tibi mandabunt et facient assignari, eaque fideliter teneas, custodias et conserves, donec tibi super hoc per nos aliud injungatur. Data Lateran. vij. Kalendas Maii. pontificatus nostri anno quinto.

[*April 24. The Pope writes to the King of France according to the tenor of the above.*]

LITTERA QUE DIRIGITUR REGI FRANCIE.—Bonifacius etc. carissimo in Christo filio Philippo Regi Francorum illustri salutem et Apostolicam benedictionem. Dudum inter te ex parte una et karissimum in Christo filium nostrum Edwardum regem Anglie illustrem ex altera ex virtute compromissorum factorum in nos per procuratores et nuncios utriusque inter cetera duximus arbitrandum quod omnes terre vassalli et bona, tam que tu tenebas, de hiis que tenuerat rex Anglie ante guerram presentem quam que tenebat tunc idem rex Anglie in regno Francie bona fide et sine omni fraude absolute et libere ponantur et assignentur in manibus et posse nostris tenenda a nobis nomine tuo que ex parte tua et nomine ipsius regis Anglie que ex parte ejusdem nobis contingeret assignari. Quo circa serenitatem regiam rogamus et hortamur attente per Apostolica scripta tibi mandantes quatinus terras vassallos et bona predicta venerabili fratri nostro Raynaldo episcopo Vincentimo de cujus diligentia, puritate ac circumspectione confidimus, et quem ad partes illas pro hiis et aliis hujusmodi negocium contingentibus duximus fiducialiter destinandum nomine nostro juxta predicti modum arbitrii assignes vel facias liberaliter assignari, tenenda, custodienda et conservanda per eum donec super hoc aliud duximus disponendum. Nos enim predicto Regi Anglie super hoc consimiles nostras litteras destinamus. Data Lateran. viij. Kalendas Maii. pontificatus nostri anno quinto. In eundem modum scribitur Regi Anglie.[1]

---

[1] This letter occupying 9 lines of the MS. has been carefully erased with a penknife. It is the same as the last *mutatis mutandis*, and is printed by Rymer (*Foedera*,

[*Dec. 20. Admission of Peter de Coleshulle to the Rectory of Stratfieldsaye.*]

INSTITUCIO PETRI DE COLLESHULLE IN ECCLESIAM DE STRATFELD SAY.—Memorandum quod xiij. Kalendas Januarii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo Nono apud Chiriton admisit dominus episcopus Petrum de Coleshulle clericum ad ecclesiam de Stratfeud Say ad presentacionem Thome Say ejusdem ecclesie patronum.

[*Same date. Admission of Richard de Mandevile to the Rectory of Weyhill. Leave of absence for Study granted on conditions.*]

INSTITUCIO RICARDI DE MAUNDEVILE IN ECCLESIAM DE LA WOE.—Item memorandum quod eodem die et loco admissus fuit Ricardus de Mandevile ad ecclesiam de la Woe vacantem. ad presentacionem Prioris de Welmyngton et habuit licenciam Studendi sub hac forma.

[Fo. 21b.]

LITTERA RICARDI DE MANDEVILE QUOD POSSIT STUDERE PER SEPTENNIUM.—Johannes [etc.] dilecto filio Ricardo de Maundevile clerico Rectori ecclesie de la Woe nostre diocesis salutem [etc.]. Volentes tibi in sciencia proficere et fructum in Dei ecclesia proferre satagenti graciam facere specialem ut per septennium a tempore institucionis tue in ecclesia predicta insistere valeas studio litterarum tecum auctoritate presencium misericorditer dispensamus. Proviso quod infra annum a tempore institucionis tue in subdiaconum ordinari et post septennium predictum infra annum ad diaconatus et presbiteri ordines te facias promoveri sub pena canonis felicis recordacionis Gregorii x. licet canon in generali Concilio Lugdunensi promulgate (*sic*). Data apud Cheriton. xiij. Kalendas Januarii. Anno domini ut supra.

Consimilis littera facta fuit Petro de Colleshulle Rectori ecclesie de Stratfeld Say.

[*Dec. 27. The Treasurer delivers his account.*]

Memorandum quod dominus Galfridus Thesaurarius de Wolveseye reddidit compotum apud Farham die Sancti Johannis Evangeliste. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo Nono. Et habuit literam acquietancie sub magno sigillo sub forma sicut supra in ix. folio continetur.[1]

t. ii, p. 835). Edward's order for delivering the lands and goods of Gascony to the Bishop of Vicenza is dated Canterbury, May 23rd (*Foedera*, ii. 839). The 'Tractatus' on the re-establishment of peace between England and France in French is printed at length in *Foedera*, 840–844, and is dated Mosteruel Sur la Mer (Montreuil-sur-Mer) Friday before St. John Bapt. Day, 1299.

[1] See above, p. 59. The 9th folio above is intended, i. e. Fo. 13a.

[*1300, Jan. 28. The Bishop makes an Ordinance for the perpetual Vicarage of Wotton, Surrey, the Rectorial rights of which had lately been appropriated to the Priory of St. Swithun.*][1]

ORDINACIO VICARIE DE WOTTON.—Universis pateat per presentes quod nos Johannes [etc.] ordinamus et taxamus vicariam ecclesie de Wotton nostre diocesis religiosis viris . . . Priori et Conventui Sancti Swithuni Wynton nuper appropriate in hunc modum. In primis volumus et ordinamus quod vicarius ecclesie de Wotton qui pro tempore fuerit habeat totum alteragium dicte ecclesie de Wotton, et omnes minutas decimas, videlicet lini, canapi, agnorum, vitulorum, porcellorum, aucarum, gallinarum, lane, casei, pomorum, fabarum, feni, columbariorum, et ortorum, ac aliorum locorum qui pede fodiuntur et quarumcunque aliarum rerum decimabilium exceptis minutis decimis provenientibus de dominicis dictorum Religiosorum in villa de Wotton predicta, quas eidem Vicario dicti Religiosi solvere non tenentur. Ipsi autem Religiosi rectores arabilium terrarum[2] que ad ipsos racione rectorie ejusdem ecclesie pertinere debent annuatim duntaxat percipient. Item volumus quod idem vicarius habeat mortuaria quecunque provenientia et xx^ti^ acras terre arabilis de illa virgata terre quam rectoria dicte ecclesie de Wotton quondam tenuit proximiores dicte ecclesie de Wotton adjacentes. Item pasturam ad lx. oves, unum hurtandum[3], sex vaccas seu boves, et sex porcos, in procinctu ville de Wotton in communa eorundem Religiosorum ejusdem loci cum aliis custumariis ipsorum, nec non et domos ac mansum cum curtillagio, gardino, columbario et aliis pertinenciis ad domos et mansum predicta pertinentibus, pro ut modo tempore confectionis presentium sunt inclusa. Et quia predicta eidem vicario pro subportandis oneribus infrascriptis dicte vicarie incumbentibus nullatenus sufficere dinoscuntur, volumus, ordinamus et statuimus quod vicarius dicte ecclesie qui pro tempore fuerit habeat et percipiat annuatim viij. quarterios frumenti mundi, quatuor quarterios ordei mundi, quatuor quarterios avene munde a Rectoribus dicte ecclesie de Wotton in grangia eorundem apud Wotton ad duos anni terminos videlicet in festo Pasche et in festo Sancti Michaelis pro equalibus porcionibus sine diminucione aliqua fideliter dividenda ac etiam persolvenda. Quod si contingat prefatos Religiosos rectores ecclesie predicte in solucione dicti bladi in aliquo terminorum predictorum deficere, quod absit, volumus et ordinamus quod pro qualibet cessatione seu pro

[1] See above, pp. 81–83.

[2] 'Solas garbas' inserted here above the line in a later hand.

[3] *Sic, read* 'hurtardum', a ram.

quolibet termino quo dictum bladum non solverint, unam marcam argenti ad elemosinam domini . . . Wyntoniensis episcopi qui pro tempore fuerit solvere teneantur, et tam ad solucionem dicti bladi quam etiam pene predicte si committatur per Officialem Wyntoniensem qui pro tempore fuerit per commodam censuram ecclesiasticam absque strepitu Judiciali sola monicione premissa de die in diem districtius compellantur. Volumus insuper ordinamus et statuimus quod vicarius dicte ecclesie de Wotton qui pro tempore fuerit premissis pro sua porcione contentus omnia onera ordinaria insolidum et cancellum dicte ecclesie in coopertura tantum dum tamen modo primo per dictos Rectores decenter et bene cooperiatur. Onera vero extraordinaria pro ea porcione que ipsum racione [Fo. 22a.] pre|missorum pro ea porcione que ipsum racione premissorum (*sic*) tangit seu tangere poterit sustineat in posterum et agnoscat. In cujus rei testimonium presenti scripto duplicato sigillum nostrum duximus apponendum, cujus pars una penes Rectores, altera vero penes vicarium predictos perpetuo remanebit. Data Wyntonie. v°. Kalendas Februarii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo nono. Consecracionis nostre xviij°.

[*Jan. 30. Admission of Robert de Basing as Vicar of Wotton.*]

ADMISSIO AD VICARIAM ECCLESIE DE WOTTON.—J. [etc.] dilecto in Christo filio domino Roberto de Basinges presbitero salutem etc. Ad vicariam ecclesie de Wotton nostre diocesis per nos jam de novo taxatam et ordinatam, ad quam per Religiosos viros Priorem et Conventum Sancti Swithuni Wynton. dicte ecclesie de Wotton rectores nobis presentatus existis, te admittimus per presentes, et vicarium perpetuum te instituimus in eadem. In cujus rei testimonium etc. Data Wyntonie. iij°. Kalendas Februarii. Anno domini m°. cc°. Nonagesimo nono. Consecracionis nostre decimo octavo.

[*1296, Oct. 19. Collation of the Bishop's clerk Hugh de Welewyke to the Rectory of Hursley, dated from Orvieto.*]

COLLACIO ECCLESIE DE HURSELEGH DOMINO HUGONI DE WELEWYKE.—Johannes dei gracia etc. dilecto in Christo filio Hugoni de Welewyke clerico nostro salutem [etc.]. Ecclesiam de Hurselegh nostre diocesis nostrique patronatus vacantem et ad collacionem nostram pleno jure spectantem cum omnibus juribus libertatibus et commoditatibus quoquomodo spectantibus ad eandem tibi conferimus intuitu caritatis et te Rectorem instituimus in eadem. In cujus rei testimonium has nostras litteras tibi fieri fecimus sigilli nostri impressione patenter munitas. Data apud Urbem veterem.

xiiij. Kalendas Novembris. Anno domini M°. cc°. Nonagesimo Sexto. Consecracionis nostre Quartodecimo.

[*1300, Feb. 23. Admission of Hugh de Overton to the Vicarage of Sutton.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE SUTTON.—Memorandum quod vij. Kalendas Martii. Anno domini M°. cc°. Nonagesimo Nono apud Merewell admissus fuit Hugo de Overton presbiter ad vicariam de Sutton ad presentacionem prioris et Conventus de Merton, et habuit literam inductionis in communi forma.

[*March 11. The Bishop having appointed Bro. William Kay, Canon of Mottisfont, to be Prior, gives his mandate for the Induction of the same.*]

MANDATUM AD INDUCENDUM PRIOREM DE MOTESFUNT.—Johannes [etc.] dilecto filio Archidiacono nostro Wynton. salutem [etc.]. Quia fratrem Willelmum Kay canonicum ecclesie de Motesfunct in Priorem canonice prefecimus in eadem; vobis mandamus quatinus eundem fratrem Willelmum priorem in corporalem possessionem dicti prioratus nomine nostro inducatis et defendatis inductum. Contradictores et rebelles per censuram ecclesiasticam compescendo. Data apud Merewelle v°. Idus Martii. Anno domini M°. cc°. Nonagesimo nono.

[*Same date. Mandate for the Induction of William de Basing as Prior of Selborne; each convent to show obedience to their new Prior.*]

MANDATUM AD INDUCENDUM PRIOREM DE SELEBURN.—Sub eadem forma et data scriptum fuit Suppriori et Conventui de Seleburn pro fratre Willelmo de Basing Priore ejusdem. Et similiter scriptum fuit utriusque conventibus ut obedirent eis tanquam suo Priori.

[*March 17. Admission of John Austin of London to the Rectory of St. Mary Magdalene, Bermondsey.*]

INSTITUCIO ECCLESIE SANCTE MARIE MAGDALENE DE BERMONDSEY.—Memorandum quod xvi. Kalendas Aprilis apud Merewelle admissus fuit Johannes Augustinus de London presbiter ad ecclesiam Sancte Marie Magdalene de Bermondeseye ad presentacionem religiosorum virorum Prioris et Conventus de Bermondeseye, et habuit litteram sub communi forma Archidiacono Surreye vel ejus Officiali ad instituendum eum, et habuit similiter litteram institucionis patentem.

[*1301, Oct. 3. Admission of Henry Aurey to the Rectory of Hambledon.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE HAMELEDON.—Johannes [etc.] dilecto filio Henrico Aurey clerico salutem etc. Ad ecclesiam de

Hameledon nostre diocesis vacantem, ad quam per Henricum de Somburn nobis presentatus existis, te admittimus intuitu caritatis et te Rectorem tenore presentium instituimus in eadem. In cujus rei testimonium etc. Data apud Suwerk v°. Nonas Octobris. Anno domini M°. ccc°. primo. Consecracionis nostre vicesimo.[1]

[Fo. 22b.]

[*1300, March 25. Admission of Henry de Liskered to the Vicarage of Hursley, and his resignation on the same day of the Rectory of St. Faith-juxta-Wynton, which the Bishop immediately conferred on Hugh de London his clerk.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE HURSLYE.[2] COLLACIO ECCLESIE SANCTE FIDIS JUXTA WINTON.—Memorandum quod octavo Kalendas Aprilis. anno domini m°. Trecentesimo apud Merewelle admissus fuit Henricus de Liskered diaconus ad vicariam de Hurseleghie ad presentacionem domini Hugonis de Welewyk Rectoris ejusdem et habuit litteram inductionis sub communi forma et similiter litteram institucionis patentem. Et eodem die idem Henricus Resignavit ecclesiam Sancte Fidis juxta Wyntoniam in manus domini Episcopi. Et idem dominus Episcopus in continenti contulit eam Hugoni de London clerico suo et habuit litteram institucionis sub hac forma.

Johannes [etc.] dilecto in Christo filio Hugoni de London clerico salutem [etc.]. Ecclesiam Sancte Fidis juxta Wyntoniam vacantem et ad nostram collacionem pleno jure spectantem cum omnibus suis juribus et pertinenciis tibi conferimus intuitu caritatis et te Rectorem presentium tenore instituimus in eadem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Data apud Merewelle. viij. Kalendas Aprilis. Anno domini m°. Trecentisimo. Consecracionis nostre Decimo Octavo.

[*April 7. The Bishop entrusts the Office of Penitentiary in the Archdeaconry of Surrey to Mag. Alexander, Rector of Ewell.*]

COMMISSIO OFFICII PENITENCIARIE IN ARCHIDIACONATU SURREYE.—Johannes [etc.] dilecto filio magistro Alexandro Rectori ecclesie de Ewell salutem [etc.]. De discretione tua plenius confidentes officium penitenciarie nostre in Archidiaconatu Surreye tibi committimus per presentes, ut peccatoribus ad te confitentibus in commissis et excessibus nobis specialiter reservatis vice et auctoritate nostra injungas penitencias salutares. Data apud Suwerk die Cene domini Anno ejusdem m° ccc°. Consecracionis nostre Decimo octavo.

---

[1] This date has been altered from 'v°. Kal. Maii. A. D. m°. ccc°.'

[2] In a later hand, original entry (in error) 'Merewell'.

[*April 18. The Bishop compassionating the heavy losses sustained by the Priory of Bermondsey through floods and inundations appropriates to them the Rectory of Chelsham of which they held the patronage, reserving the right to order a Vicarage out of the fruits of the same.*]

APPROPRIACIO ECCLESIE DE CHELESHAM PRIORATUI DE BERMONDESEY.—Johannes [etc.] dilectis in Christo filiis . . . Priori Sancti Salvatoris de Bermondeseye nostre diocesis et ejusdem loci Conventui salutem etc. Clamat mundus, fides oculata declarat et inevitabilis rei evidencia manifestat, prioratum vestrum predictum qui sibi sufficere et copi[os]a rerum habundantia pro supportandis oneribus incumbentibus solebat affluere nunc tamen jam per alluvionem et aquarum inundacionem in summam egestatem et inopiam miserabiliter in temporalibus esse prolapsum, quod nisi divine pietatis oculo celerius prospiciatur ab excelso in detestabilem ruinam paulatim prosiliens vix adiciet ut resurgat. Nos igitur egestati vestre paterno compacientes affectu ac volentes quantum cum Deo poterimus ad dicte ruine reparacionem ex paterna sollicitudine manus adjutrices extendere, ne diucius cultus, quod absit, in domo vestra predicta deficiat set pocius augeatur, ecclesiam de Chelesham nostre diocesis cum capella eidem adjacente et aliis suis pertinenciis suis (*sic*) universis in qua jus patronatus habetis ipsius ecclesie cedende (*lege* cedente) vel decedente rectore vobis et prioratui vestro predicto divine pietatis intuitu ad uberiorem sustentacionem vestram et onerum incumbentium supportacionem perpetuis temporibus appropriamus: concedentes vobis ut fructus et proventus ipsius ecclesie cum vacaverit in proprios usus vestros hospitum pauperum et infirmorum ad domum vestram frequencius confluentium libere et absque cujusquam contradictione convertere valeatis; nobis et successoribus nostri[s] potestate ordinandi et taxandi vicariam competentem de fructibus et proventibus ipsius ecclesie pro sustentacione vicarii qui pro tempore fuerit in eadem et pro oneribus incumbentibus reservata. Jure ecclesie nostre Wyntoniensis et Archidiaconali in omnibus semper salvo. In cujus rei testimonium etc. Data apud Suwerk xiiij Kalendas Maii. Anno domini m°. ccc Consecracionis nostre decimo octavo.

[Fo. 23a.]

[*1301, May 21. The Bishop as representing the Papal see issues a mandate to the Precentor of St. Mary, Southwark and others to induct to the Stall of the Manor of Leighton super Bromswold in Lincoln Cathedral Mag. Philip de Barthonia who has been collated thereto by Pope Boniface VIII. If any persons should dare to resist the execution of this mandate they are to be solemnly excommunicated in the Church of Leighton, in the Manor and in other neighbouring Churches. The tenants of the Manor and others are warned against obeying as Prebendary, Robert de Lacy who has already incurred excommunication on account of his intrusion, rebellion and resistance.*

Full information to be given of the names of all rebellious persons against whom the censures here directed have been executed. This process is not to be held as nullifying any previously made.]

MANDATUM AD INDUCENDUM PHILIPPUM IN CORPORALEM POSSESSIONEM PREBENDE MANERII DE LEGHTON.—Johannes [etc.] sacrosancte sedi Apostolice immediate subjectus executor ab eadem sede deputatus discretis viris . . . Precentori beate Marie de Suthwerk . . . Vicario ecclesie prebendalis de Leghton super Broneswold ac Willelmo de Roppelee Vicario de Choro Lyncolniensi salutem etc. Cum magister Philippus de Barthonia Canonicus Lyncolniensis ad mandatum nostrum immo verius Apostolicum ad prebendam manerii de Leghton super Broneswold sibi ab eadem sede collatam per reverendum patrem dominum Lyncolniensem episcopum et ejusdem loci Capitulum sit admissus stallo in choro et loco in capitulo sibi seu procuratori suo ipsius nomine prout moris est assignatis, vobis conjunctim et divisim committimus et mandamus auctoritate qua fungimur in hac parte quam vobis mittimus inspiciendam nobisque per latorem presencium fideliter remittendam, quatinus ad dictum manerium de Leghton personaliter accedentes predictum magistrum Philippum aut procuratorem suum ipsius nomine in corporalem possessionem prebende et manerii predictorum inducatis et defendatis inductum. Quod si rebelles aliquos et vobis resistentes in dicta prebenda seu manerio inveneritis executionem presentis mandati nostri immo verius Apostolici inpedientes et omnes eisdem opem et operam consilium auxilium vel favorem clam vel palam procurantes quos in hiis scriptis excommunicamus anathematizamus et a sancte matris ecclesie liminibus sequestramus, sic excommunicatos esse nominatim coram clero et populo solempniter et puplice crucibus in manibus erectis pulsatis campanis candelis accensis tam in ecclesia de Leghton quam ad manerium predictum et aliis ecclesiis vicinis, et ecclesiam de Leghton predictam interdicto ecclesiastico per nos auctoritate predicta subjectam esse nuncietis quousque dictum manerium vacuum dimiserint et dictam prebendam cum manerio dictus magister Philippus aut ejus procurator ejus nomine integraliter et pacifice fuerit assecutus. Inhibentes omnibus et singulis dicte prebende et manerii tenentibus ne magistro Roberto de Lacy quem propter suam intrusionem rebellionem et resistentiam manifestam similiter excommunicatum in forma prescripta nuncietis in aliquo tanquam prebendario obediant aut intendant sed magistro Philippo et procuratori ejusdem sub pena majoris excommunicacionis quam contravenientes incurrere volumus ipso facto. In execucione autem presentis mandati nostri immo verius Apostolici

unus alium non expectet sed omnes duo aut unus vestrum predictum mandatum nostrum viriliter exequatur sub pena prenotata quam in vos et quemlibet vestrum in hiis scriptis proferimus, si in premissis aut aliquo premissorum, quod absit, necligentes fueritis aut remissi. Qualiter autem presens mandatum nostrum qualiterque in singulis articulis premissis processeritis, de nominibus etiam resistentium impedientium et rebellium per vos denunciatorum nos plene distincte et aperte certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes. Presentes autem literas nostras recepta prius earum copia restitui volumus earundem portitori. Data apud Suthwerk xij. Kalendas Junii. Anno domini m°. ccc°. primo. Per hunc autem processum nostrum non intendimus aliquibus processibus nostris qualitercumque super hoc prius habitis sive factis in aliquo derogare. Data ut supra.

[*May 30. The Bishop directs the nuns of Wintney to obey Alice de Dummere whose election as their Prioress he has confirmed.*]

CONFIRMACIO ELECTIONIS PRIORISSE WYNTENEYE.—Johannes [etc.] Religiosis in Christo filiabus Juliane de Morhake tertie (*sic*) Priorisse de Wynteneye ordinis Cicisterciensis et ejusdem loci Conventui salutem [etc.]. Quia nos Aliciam de Dummere electam vestram secundum regulam et consuetudinem ejusdem ordinis confirmavimus, vobis in virtute obediencie firmiter injungendo mandamus quatinus eidem Alicie vestre Priorisse tanquam obediencie filie juxta regule vestre observanciam et consuetudinem intendatis, reverenciam et obedienciam faciatis. Data Wintonie. iij. Kalendas Junii. Anno domini m°. ccc°. primo. Consecracionis nostre xix°.

[*May 28. Admission of Richard de Wykhambrock to the Rectory of Barrow.*][1]

INSTITUCIO ECCLESIE BEATE MARIE DE BERWE.—Memorandum quod anno domini m°. Trecentesimo primo. Consecracionis domini Johannis Wintoniensis episcopi xix°. admissus fuit magister Ricardus de Wykhambrock ad ecclesiam beate Marie de Berewe die Sancte Trinitatis, et habuit literam institucionis patentem in forma, et literam . . . Archidiacono Surreye vel ejus Officiali ad eum instituendum corporaliter.

[*May 29. The Bishop's mandate to his Treasurer to induct to the Chantry of Merewell William de Essingwolde, supplying necessaries to himself and his fellows.*]

MEREWELL.—Johannes [etc.] dilecto filio domino Galfrido de Farham Thesaurario nostro salutem [etc.]. Quia Cantariam capelle

---

[1] A hamlet now without a Church near Oxted.

nostre de Merewelle per resignacionem domini Willelmi de Bedewinde vacantem dilecto nobis in Christo Willelmo de Essingwolde presbitero cum omnibus juribus et pertinenciis suis contulimus intuitu caritatis, vobis mandamus quatinus eundem Willelmum in corporalem possessionem cantarie supradicte inducatis seu induci faciatis et defendatis inductum, facientes sibi sicut ceteris sociis suis ibidem commorantibus necessaria solita ministrari. Data apud Wolveseye iiij^{to}. Kalendas Junii. Anno domini m^{o}. ccc^{o}. primo. Consecracionis nostre xix^{o}.

[The space of four lines at the foot of this page left blank.]

[Fo. 23b.]

[*Appeal of Robert de Lacy, Canon of Lichfield and Prebendary of Leighton, in the matter of the Papal grant of this Prebend to Philip de Barthonia,*[1] *whom he charges with both* suggestio falsi *and* suppressio veri. *He demands letters dimissory* (apostolos) *to enable him to appeal to the Papal Court.*]

In Dei nomine Amen. Ex parte venerabilis viri magistri Roberti de Lacy canonici Lichfeldensis ac prebendarii de Legton manerii super Broneswold, nuper quedam provocaciones et appellaciones interposite fuerunt sub hac forma. In Dei nomine Amen. Unice nuper prebendam de Legton manerii in Ecclesia Lincolniensi Episcopus loci ad quem tam de jure quam antiqua consuetudine ipsius ecclesie sicut etiam ceterarum prebendarum ejusdem ecclesie collacio noscitur pertinere mihi Roberto de Lacy clerico et ipsius ecclesie Canonico contulit et in possessionem ejusdem fecit induci, quam quidem prebendam sic per aliquod tempus possedi pacifice et quiete et possideo in presenti. Nunc vero ad mei noticiam pervenit de novo quod discretus vir magister Philippus de Barthonia falso et maliciose suggerens sanctissimo in Christo patri domino Bonifacio pape octavo dictam prebendam vacare, cum non vacet, et ad ipsius collacionem devolutam, eam sibi conferri procuravit per eundem certis sibi executoribus quorum nomina ignoro ut dicitur deputatis. Unde ego Robertus predictus prebendarius et possessor dicte prebende de Legton manerii timens super ipsa indebite et contra institucionem juris ordine postposito nec non etiam ex aliis verisimilibus conjecturis et causis probabilibus per ipsum magistrum Philippum et suos executores pregravari et prejudicia posse generari in futurum sive de facto vexari precipue a dictis executoribus si qui fuerint, coram quibus et quibuscunque aliis qualemcunque jurisdictionem seu noticiam habentibus offero me paratum super jure meo ac possessione stare et parere juri ponens

---

[1] See above, p. 97.

me et predictam prebendam meam de Legton possessionem ejusdem omnia bona mea et jura sub protectione Reverendissimi Pontificis ad cujus audienciam et pro tuicione Curie Cantuariensis viva voce ac in hiis scriptis provoco et apello; ne dicti executores vel quivis alius ipsorum auctoritate vel mandato me super possessione vel jure dicte prebende molestare presumant aut presumat, vel in meum prejudicium aliquid innovare, et apostolos peto jus me artare. Et sit qui mihi eos dare possit protestans me velle has provocaciones et appellaciones in presentia executorum si qui sint innovare, cum de ipsis et eorum officio vel potestate michi constiterit per legitima documenta et ex his et aliis gravaminibus si que apparere poterint appellare et apostolos petere; et tam meas has provocaciones et appellaciones nunc interpositas quas appellaciones si quas interponi contigerit ad ipsius magistri . . . Philippi noticiam deducere et ulterius facere tam quo ad ipsum quam suos executores quod dictaverint canonice sanctiones et juro tactis sacrosanctis Ewangeliis premissa omnia et singula me credere vera esse et ea posse probare.

[*A further notice of appeal, disclosing the arguments by which he believed his case could be proved.*]

Item iterato provocavit et appellavit sub forma que sequitur. In Dei nomine Amen. Apostolice sedis benignitas que tanquam justus et rectus Judex stateram in manibus habens et lances equo lib[r]amine appendens, adeo universos et singulos sibi subditos favore equitatis et justicie prosequitur quod solum Deum pre oculis habens omni gracia et favore postpositis sine personarum acceptione procedens, unicuique reddit quod suum est, propter quod non improvide perpetua et irrefragabili dispositione sanciunt ut omnes et singuli catholici in oppressionibus suis per appellaciones et alia juris remedia ad ipsam matrem tanquam piissimam refugium habeant singulare. Sane vacante nuper prebenda de Legton manerii in ecclesia Lyncolniensi, Episcopus loci ad quem tam de jure quam antiqua consuetudine Lincolniensis ecclesie ipsius prebende sicut et ceterarum prebendarum ipsius ecclesie collacio noscitur pertinere michi Roberto de Lacy clerico et ipsius ecclesie canonico contulit et in possessionem ejusdem canonice fecit induci, quam quidem prebendam sic per aliquod tempus possedi pacifice et quiete et possideo in presenti. Super quam discretus vir magister Philippus de Barthonia clericus falso et maliciose suggerens sanctissimo in Christo patri nostro domino Bonifacio pape octavo tunc vacare cum non vacaret tacita veritate et suggestu (*sic*) falsitate qua expressa vel tacita hoc nullatenus obtinuisset eam sibi conferri

indebite procuravit. Venerabili patre domino Johanne Winton. Episcopo et quibusdam aliis executoribus ut dicitur sibi super hoc per sedem Apostolicam deputatis. Suggessit enim
[Fo. 24a.] falsum | in ea parte impetracionis sue ubi suggerit dictam prebendam dictam (*sic*) de Legton vacantem ad collacionem summi Pontificis optinere que et si per sentenciam privacionis Jacobi et Petri de Columpna olim sancte Rom[an]e ecclesie Cardinalium ac Johannis et Odonis natorum quondam Johannis de Columpna fratrum Petri et nepotum Jacobi predictorum [1] vacavisset, et collacionem ejusdem prebende de Legton sicut etiam ceterorum beneficiorum eorundem privatorum dominus Papa sue collacioni reservasset.[2] Bene tamen dominus Papa hujusmodi reservata utens potestate eam nobili viro cuidam de Milicia sive de Ordinis (*sic*) contulit jure suo qui eam acceptans postea dimisit eandem. Quam collacionem si dictus magister Philippus in sua impetracione expressisset eam in forma in mandato Apostolico contenta nullatenus optinuisset. Item tacuit maliciose et fraudulenter quod olim bone memorie Olivero Lincoln.... Episcopo viam universe carnis ingresso jureque donandi prebendas et dignitates in Ecclesia Lincoln. ipsa sede vacante in serenissimum principem dominum Edwardum dei gracia Regem Anglie illustrem juxta Regni consuetudinem translata (*sic*) donacio dicte prebende de Legton si vacavit ad ipsum Regem interrupta reservacione predicta extitit legitime devoluta. Qui quidem princeps episcopatus Lincoln. cum juribus et pertinenciis pro ut in manu sua existebat domino Johanni nunc Lincoln. Episcopo post confirmacionem suam facta sibi prius fidelitate jure suo scienter non utens liberavit. Qui Episcopus eam suo jure conferre potuerit ut videtur super cujus interpretacione declaratione ero ego Robertus de Lacy diffinicioni sedis Apostolice semper obedire paratus. Quas vacacionem translacionem interrupcionem et liberacionem si idem Philippus in impetrando expressisset; dominus Papa sibi graciam de dicta prebenda in forma qua optinuit non fecisset. Item tacuit idem magister Philippus falso et maliciose perpetuam pensionem quatervigenti marcarum annue pensionis quam habet seu percipit nomine beneficii ecclesiastici de monasterio de Eynisham Lincoln. Diocesis, quam si expressisset provisionem in sui forma nullatenus optinuisset. Item tacuit estimacionem beneficiorum suorum que adeo magna est quod non est verisimile si eam expressisset quod dominus Papa in forma quam optinuit

[1] See the Colonna pedigree, in Gregorovius. Engl. transl. v. pt. ii, p. 541.

[2] As expressed in the sentence of deposition pronounced by Boniface against Cardinals James and Peter de Colonna, folios 150b, 151, below.

fecisset eidem. Item tacuit Ecclesiam parochialem de Dradrayton Eliensis diocesis curam animarum habentem quam habuit et habet tempore impetracionis quam si expressisset vel Papa scivisset graciam in forma qua optinuit nullatenus habuisset. Set Johannes Winton. Episcopus predictus venerabili patri Johanni dei gracia Lincoln. Episcopo et ejusdem Ecclesie Capitulo sub certa forma suis ut refertur literis jam dedit in mandatis ut ipsum magistrum Philippum recipiant in Canonicum et in fratrem, ac ipsum seu procuratorem ipsius ejus nomine in possessionem ejusdem prebende de Legton inducatis seu faciatis induci, tueri et de facto cum de jure non potuit similiter amovit ab ea sibique aut procuratori ejus de fructibus juribus et obventionibus integraliter respondi me Roberto de Lacy predicto possessore non vocato non legitime amoto ab eadem, propter que et eorum quodlibitis ego Robertus de Lacy sentiens me ex premissis omnibus et singulis per eosdem . . . Episcopum et Philippum indebite pregravari sedem Apostolicam et pro tuicione Curie Cantuariensis in his scriptis appello et apostolos instanter peto, si quis sit qui eos mihi dare possit. Supponens me prebendam meam de Legton predictam et omnia bona mea et personas quascunque mihi in hac parte adherentes pro quibus in hiis scriptis appello protectioni et defensioni sedis Apostolice et Cantuariensis predictorum. Et ne vos domine Johannes Lincolniensis Episcope, Capitulum vestrum seu quivis alius ad mandatum dicti Wintoniensis episcopi, Collegarum suorum seu alterius eorum aut alterius cujuscunque in hac parte aliquid in mei prejudicium aut mihi adherentis fac[ia]tis decernatis statuatis . . . dictum . . . Philippum ad dictam prebendam de Legton admittendo inducendo sequestrando suspendendo excommunicando seu aliud quicquam attemptando sedes ut prius antedictas in hiis scriptis provoco et appello, et juro tactis sacrosanctis Ewangeliis premissa omnia et singula me credere vera esse, et ea posse probare, protestans me velle has provocaciones et appellaciones dictis . . . Episcopo Wintoniensi et Philippo notificare et eas in dicti . . . Episcopi presentia innovare, et ab eo appellare et apostolos petere [Fo. 24b.] quamcito commode | copiam habere potero eorundem, et eas si necesse fuerit in formam redigere competencionem per me vel per alium si videro expedire. Ceterum quia ea que de novo emergunt novo indigent auxilio. Et nunc primo intellexi quod vos domine Lincolniensis . . . Episcope procuratorem magistri Philippi de Bartonia nomine ejusdem ad prebendam meam de Legton contra justiciam quantum in vobis est admisisse, sentiens me ex hoc per vos indebite pregravari, sedem Apostolicam et pro

tuicione Curie Cantuariensis in hiis scriptis appello et appellaciones instanter peto, quod si denegaveritis iterato ut prius appello in hiis scriptis.

[*Robert de Lacy's appeal by his proctor to the Subdean and Chapter of Lincoln.*]

Deinde ex parte magistri Roberti coram discretis viris subdecano et Capitulo Lincoln supradicte provocaciones et appellaciones in omni sua forma interposite fuerunt cum hac adjectione que sequitur. Ego igitur Johannes de Maldone procurator substitutus magistri Johannis de Horington procuratoris principalis magistri Roberti habentis potestatem alium procuratorem loco sui substituendi prescriptas provocaciones et appellaciones nomine procuratoris dicti magistri Roberti vobis subdecano et Capitulo Lincolniensis Ecclesie notifico et eas coram vobis innovo ac denuo interpono et apostolos quatenus jus mereat peto. Et quia vos . . . subdecane et Capitulum Lincolniensis Ecclesie Procuratorem dicti magistri Phillippi [ad] stallum in Coro et locum in Capitulo ad mandatum dicti domini Episcopi Wintoniensis quatenus in vobis est contra justiciam assignastis sentiens dictum dominum meum per [vos] ex hoc indebite pregravari dictas sedem et Curiam ut prius appello et apostolos peto. Et juro ad sancta Dei Ewangelia in animam domini mei et meam dictum dominum meum et me credere ea omnia et singula vera esse et nos ea posse probare.

[*Appeal of the same by his proctor to the Bishop of Winchester.*]

Demum constitutus coram vobis Reverendo patre domino Wintoniensi . . . Episcopo et dicto magistro Philippo Ego Johannes de Meldone procurator ut premittitur substitutus premissas provocaciones et appellaciones nomine procuratoris dicti magistri Roberti vobis notifico et eas coram vobis innovo et denuo sentiens ipsum dominum meum et me ex premissis et eorum singulis per vos Episcopum Wintoniensem et per dictum Philippum indebite pregravari sedem Apostolicam et pro tuicione Curie Cantuariensis in hiis scriptis appello et apostolos instanter peto supponens dominum meum et me ac dictam suam prebendam de Legton omnia bona sua et personas quascunque sibi in hac parte adherentes pro quibus in hiis scriptis appello protectioni et defensioni sedem predictam. Et ne vos Johannes Wintoniensis Episcopus seu College vestre aut alter eorum seu alius quicunque potestate eorum in hac parte aliquid in ipsius domini mei prejudicium aut sibi adherentium faciatis decernatis aut statuatis vel faciant vel decernant aut decernat, possessionem ipsius domini mei in eorum prebenda quam in presenti optinet ali-

qualiter immutando sequestrando suspendendo excommunicando seu aliquid quicquam attemptando aut mandando sedes ut prius dictas in hiis scriptis provoco et appello et predictas appellaciones denuo coram vobis interpono et juro tactis sacrosanctis Ewangeliis premissa omnia et singula dominum meum et me credere vera esse et nos ea posse probare.

[The space of seven lines at the bottom of fo. 24b, the whole of fo. 25a and b, and of 26a and b are left blank, perhaps with the intention of entering the result of Robert de Lacy's appeals when received.]

In the centre of fo. 26b is written :—

Johannes de pontissera Episcopus Winton.

[Fo. 27a.]

[*1300, August 10. Collation of William de Bedewinde to the Vicarage of Eastmeon.*]

COLLACIO VICARIE DE ESTMENES.[1]—J. [etc.] dilecto in Christo filio Willelmo de Bedewinde Capellano et familiari nostro salutem [etc.]. Vicariam ecclesie de Estmenes nostre diocesis nostrique patronatus vacantem et ad nostram collacionem pleno jure spectantem cum omnibus capellis ad eandem spectantibus et omnibus aliis pertinenciis suis tibi conferimus intuitu caritatis, teque vicarium perpetuum instituimus in eadem. In cujus rei etc. Data Viterbio iiij. Idus Augusti. Anno domini M°. ccc^mo^. Consecracionis nostre decimo nono.

[*Same date. Mandate for induction of the same.*]

INDUCTIO SUPER EODEM.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio magistro Michaeli de Hellestone Officiali suo Winton. salutem [etc.]. Quia Vicariam ecclesie de Estmenes nostre diocesis nostrique patronatus vacantem et ad nostram collacionem pleno jure spectantem dilecto nobis in Christo Willelmo de Bedewinde Capellano et familiari nostro cum omnibus capellis et aliis pertinenciis quoquo modo spectantibus ad eandem contulimus intuitu caritatis vobis mandamus quatinus eundem Willelmum vel ejus procuratorem suo nomine in corporalem possessionem dicte vicarie cum omnibus suis supradictis inducatis et defendatis inductum. Contradictores et rebelles si quos inveneritis censura ecclesiastica compescendo. Data Viterbio etc. ut supra.

[*Nov. 13. Collation of the separate tithes in the Episcopal manor of Nuthanger granted to John de Eston.*]

COLLACIO DECIMARUM DE NOTEHANGRE FACTA MAGISTRO JOHANNI DE ESTON CLERICO.—Johannes [etc.] dilecto in Christo

[1] The rubricated headings which ceased on fo. 18a are here resumed.

filio magistro Johanni de Eston clerico et familiari nostro salutem [etc.]. Ex laudabili testimonio quod de te audivimus sperantes te in ecclesia Dei proficere posse in futurum, illas decimas separatas in manerio nostro de Notehangre consistentes vacantes et ad nostram collacionem pleno jure spectantes tibi conferimus intuitu caritatis. In cujus rei testimonium etc. Data Rome. Idus Novembris. Anno domini Millesimo. ccc^{mo}. Consecracionis nostre decimo nono.

[*Same date. The Bishop's directions to his Official on the above.*]

LITERA DIRECTA OFFICIALI SUPER EODEM.—J. [etc.] dilecto in Christo filio magistro Michaeli de Hellestone Officiali nostro salutem [etc.]. Quia illas decimas etc. ut in precedente littera dilecto nobis in Christo magistro Johanni de Eston clerico et familiari nostro contulimus intuitu caritatis, vobis mandamus quatinus eundem Johannem seu ejus procuratorem in corporalem possessionem decimarum predictarum inducatis et defendatis inductum. Data Rome ut supra.

[*March 12. The Bishop collates Mag. Philip de Barthonia,*[1] *Chaplain to the Pope, to the Archdeaconry of Surrey with the Rectory of Farnham annexed to it.*]

COLLACIO ARCHIDIACONATUS SURREYE FACTA MAGISTRO PHILIPPO DE BARTONIA.—J. [etc.] dilecto in Christo filio magistro Philippo de Barthonia domini Pape Capellano et clerico nostro salutem [etc.]. Archidiaconatum Surreye in ecclesia nostra Winton. per mortem magistri Thome de Skerningge nuper Archidiaconi loci predicti vacantem et ad nostram collacionem spectantem una cum ecclesia de Farnham dicto Archidiaconatui annexa et capellis adjacentibus eidem tibi conferimus per presentes et te de eisdem per anulum nostrum personaliter investimus. In cujus rei etc. Data apud Syons die beati Gregorii pape. Anno domini m^{o}. ccc^{mo}.

Sub eadem data scriptum fuit magistro Michaeli de Hellestone Officiali ad inducendum eum in corporalem possessionem.

[*Same date. Mag. Michael de Hellestone collated to the Rectory of Meonstoke.*]

COLLACIO ECCLESIE DE MENESTOKE FACTA MAGISTRO MICHAELI DE HELLESTONE.—Memorandum quod eodem die contulit dominus Episcopus magistro Michaeli de Hellestone ecclesiam de Menestoke et habuit literam inductionis directam Archidiacono Winton. super eadem et sub eadem data.

---

[1] See above, pp. 97–102.

[*1301, April 7. John de Brigeham, Rector of East Tisted, has a year's leave of absence for study without molestation.*]

CONCEDIT DOMINUS EPISCOPUS JOHANNI DE BRIGEHAM RECTORI ECCLESIE DE ESTYSTED LICENCIAM STUDENDI AD UNUM ANNUM.—J. [etc.] dilecto in Christo filio magistro Michaeli de Hellestone Officiali nostro salutem [etc.]. Quia dilecto nobis in Christo Johanni de Brigeham Rectori ecclesie de Estysted nostre diocesis licenciam studendi concessimus a festo Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximo futuro usque ad unum annum, vobis mandamus quatinus eidem Johanni interim occasione non residencie molestiam nullam inferatis seu inferri permittatis vel gravamen. Data Parisiis die Veneris in Ebdomada Pasche. Anno domini Millesimo ccc^{mo}. primo. Consecracionis nostre xix^{o}.

[Fo. 27b.]

[*May 4. On the petition of Cardinal Gentilis, Penitentiary of Pope Boniface VIII, the Bishop absolves the Prior and Convent of Merton from the sentence of excommunication incurred by reason of their making a subsidy to the King for fear of the loss of their temporal goods, thus subjecting themselves to Ecclesiastical censure. Absolution conditional on their performing such penance as the Holy See may enjoin.*]

DISPENSAT DOMINUS EPISCOPUS CUM PRIORE DE MERTON SUPER IRREGULARITATE CONTRACTA OCCASIONE PROTECTIONIS REGIE.—Johannes [etc.] dilectis filiis Edmundo priori de Mertona et ejusdem loci Conventui salutem [etc.]. Litteras venerabilis patris fratris Gentilis [1] tituli Sancti Martini in Montibus presbyter Cardinalis sanctissimi patris domini Bonifacii divina providentia Pape Octavi penitentiarii recepimus tenorem continentes infrascriptum. Venerabili in Christo patri . . . dei gracia Episcopo Wyntonie vel ejus vicario in spiritualibus frater Gentilis miseracione divina tituli Sancti Martini in Montibus presbyter Cardinalis salutem et sinceram in Domino caritatem. Ex parte fratris Edmundi Prioris de Mertona et ejusdem loci Conventus vestre diocesis ordinis Sancti Augustini nobis oblata peticio continebat, quod ipsi olim contra constitucionis tenorem sanctissimi patris nostri domini Bonifacii divina providencia summi Pontificis nunciis vel ministris seu Collectoribus illustris Regis Anglie timore amissionis bonorum suorum temporalium subsidium tribuerint propter quod excommunicationis incurrerunt sentenciam ex ipsius constitucionis tenore in omnes contra facientes generaliter promulgatam. Et super hiis absolucionis beneficio non obtento. Super quibus supplicari fecerunt humiliter eis per sedem Apostolicam salubriter de ipsius misericordia provideri. Nos igitur

---

[1] He was at Anagni when Boniface VIII was captured there. Gregorovius, v. ii. 589.

auctoritate et mandato domini Pape cujus penitenciarie curam gerimus vestre paternitati committimus quatinus ipsos Priorem et Conventum a prefata excommunicacionis sentencia juxta formam ecclesie absolvatis et ipsis ad tempus prout expedire videritis a suorum ordinum execucione suspensis tandem si bone fuerint conversacionis et vite, aliudque canonicum non obsistat, super irregularitate dicto modo contracta cum eis misericorditer dispensetis, proviso attente quod super hoc sedis Apostolice et domini Pape mandatis semper parebunt et facient illam penitenciam quam sedes ipsa eisdem duxerit injungendam. Data Lateran. xiiij. Kalendas Februarii pontificatus domini Bonifacii pape octavi. Anno sexto. Nos igitur auctoritate mandati predicti confessionem vestram nobis prout in dicto mandato continetur expositam, contricionemque vestram attendentes vos et quemlibet vestrum a prefata excommunicacionis sentencia injuncta vobis super hiis penitencia salutari in forma ecclesie duximus absolvendos. Super irregularitate quam ea occasione contraxistis divinis vos immiscendo dum eratis sic ligati, penitencia vobis injuncta vel saltem ejus parte peracta, vite vestre meritis et moribus suffragantibus vobiscum misericorditer dispensantes proviso per nos nichilominus quod super premissis mandatis sedis Apostolice parebitis et penitenciam per dictam sedem vobis injungendam humiliter facietis. In cujus etc. Data apud Suwerk iiij^{to}. Nonas Maii, Anno domini m^{o}. ccc^{mo}. primo. Consecracionis nostre xix^{o}.

[*May 22. Collation of Roger de Hereford to the Vicarage of Camberwell, which for this turn was in the Bishop's gift, the Prior and Convent of Bermondsey, the true Patrons having presented an unsuitable man, and being themselves under sentence of excommunication.*]

COLLACIO VICARIE DE CAMERWELLE FACTA DOMINO ROGERO DE HEREFORD PRESBITERO.—J. [etc.] dilecto in Christo filio domino Rogero de Hereford presbitero salutem [etc.]. Vicariam de Camerwelle nostre diocesis vacantem et ad collacionem seu provisionem nostram hac vice spectantem pro eo videlicet quod Prior et Conventus de Bermundeseye veri ejusdem vicarie patroni nobis minus ydoneum presentarunt ac tempore presentacionis erant excommunicacionis sentencia innodati, prout de hiis legitime fuerat facta fides; tibi conferimus intuitu caritatis, et te perpetuum vicarium instituimus in eadem. Nolentes per hanc collacionem nostram ipsius vicarie patronis cum ipsam vicariam alias vacare contigerit prejudicium aliquod generari quin possint ad eam personas ydoneas presentare. In cujus rei etc. Data apud Merton in crastino Pentecostes. Anno domini m^{o}. ccc^{mo}. primo. Consecracionis nostre xix^{o}.

[*May 23. The Bishop, having received from the executor of the late Thomas of Skerningge, Archdeacon of Surrey, in satisfaction of all his personal debts the sum of £50, gives a full acquittance.*]

ACQUIETANCIA FACTA DOMINO ROGERO DE SKERNINGGE DE OMNIBUS DEBITIS.—Universis presentes litteras etc. Johannes permissione divina etc. Noverit universitas vestra Rogerum de Skerningge Rectorem ecclesie de Mapeldereham nostre diocesis executorem testamenti magistri Thome de Skerninge quondam Archidiaconi Surreye satisfecisse nobis de quinquaginta libris sterlingorum pro omnibus debitis in quibus dictus magister Thomas nobis tenebatur ex causa mutui seu alia quacunque de causa vel contractu inter nos initis temporibus retroactis. In cujus rei testimonium etc. Data apud Novum locum juxta Rippele die Martis proximo post festum Pentecostes. Anno domini m°. ccc^mo^. primo. Consecracionis nostre xix°.

[Fo. 28a.]

[*May 25. Leave granted to Roger de Skerningge, Rector of Maplederham, to study for three years* in sacra pagina, *receiving meanwhile the fruits of his benefice, so that it be properly served.*]

CONCEDIT DOMINUS LICENCIAM DOMINO R. DE SKERNINGGE STUDENDI PER TRIENNIUM.—J. permissione divina etc. dilecto in Christo filio Rogero de Skerningge Rectori ecclesie de Mapeldereham nostre diocesis salutem [etc.]. Tuum laudabile propositum attendentes, ac te ad studendum in sacra pagina habilem atque docilem considerantes, tibique ob hoc volentes graciam facere specialem ut in loco dum tamen honesto prout tibi melius expedire videbitur in sacra pagina proficere et studere et ea de causa extra ecclesiam tuam predictam morari, fructus ejusdem plene et integre percipere vel eosdem fructus alii dum tamen clerico ad firmam dimittere valeas liberam tibi tenore presentium concedimus facultatem, proviso tamen quod ecclesia tua predicta debitis non defraudetur obsequiis set per ministros ydoneos deserviatur eidem. In cujus rei etc. a die Sancti Michaelis proximo futuro per triennium tantummodo duraturas [litteras] tibi fieri fecimus patentes sigilli nostri munimine roboratas. Data apud Seleburn die Jovis proximo post festum Pentecostes. Anno domini m°. ccc^mo^. primo. Consecracionis nostre xix°.

[*June 18. Admission of William de Hatfeud to the Vicarage of Carshalton.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE KERSAULTON.—Memorandum quod xiiij. Kalendas Julii. anno domini m°. ccc^mo^. primo. Consecracionis domini Episcopi xx^mo^. admissus fuit Willelmus de Hatfeud clericus ad vicariam de Kersaulton super quo habuit litteram in

forma communi ad inducendum ipsum in corporalem possessionem dicte vicarie.

Item habuit idem vicarius quandam litteram ipsius domini episcopi testimonialem super admissione sua ad vicariam antedictam.

[*June 19. Admission of Dionysius a monk as Prior of Ellingham on the presentation of the Abbot of St. Sauveur de Viscomte (dio. Coutance), licence being granted him under the great seal for remaining in his Abbey for a year.*]

ADMISSIO AD PRIORATUM DE ELYNGHAM.—Item memorandum quod xiij. Kalendas Julii. anno predicto admissus fuit Dionisius monachus in Priorem de Elingham ad presentacionem Abbatis Sancti Salvatoris vicecomitis et concessa fuit ei licencia existendi in Abbacia sua sub regimine sui Abbatis a festo Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proximo sequente post datam predictam usque ad annum revolutum, et super hoc habuit litteram patentem sub magno sigillo.

[*June 18. The Bishop appoints William de Essex his clerk as his proctor in rendering an account for the first three years of the tenth granted to the King for the term of six years as a subsidy for the Holy Land from the Spiritualty.*]

CONSTITUIT DOMINUS EPISCOPUS MAGISTRUM W. DE ESSEX PROCURATOREM SUUM AD REDDENDUM COMPOTUM.[1]—Viris venerabilibus et discretis dominis Abbati Monasterii Sancte Crucis de Wautham et . . . Decano ecclesie London collectoribus decime domino Edwardo dei gracia Regi Anglie illustri in subsidium Terre Sancte concesse a sede Apostolica deputatis Johannes permissione divina Wintoniensis ecclesie minister humilis ejusdem decime prefato Regi per sex annos concesse una cum bone memorie O. quondam Lyncolniensi Episcopo per eandem sedem dudum deputatus salutem in omnium Salvatore. Noveritis quod nos facimus ordinamus et constituimus dilectum nobis in Christo magistrum Willelmum de Essex clericum nostrum presentium exhibitorem procuratorem nostrum verum et legitimum ad reddendum pro nobis et nomine nostro fidelem compotum coram vobis de tota decima bonorum ecclesiasticorum spiritualium et temporalium in Cantuariensi et Eboracensi provinciis per tres primos annos dictorum sex annorum proveniente et per nos ac dictum collegam nostrum nostra ipsiusque auctoritate collecta et ad literas acquietancie et absolucionis ab ulteriori compoto reddendo petendum et recipiendum in animam nostram quodlibet genus liciti sacramenti quod hujusmodi negocii natura requirit prestandum, et omnia alia faciendum que nos facere-

---

[1] The particulars of this *compotus* are given below, fo. 212a and b.

mus in premissis si personaliter presentes essemus. Ratum habituri et gratum quicquid dictus procurator noster in premisso computacionis negocio et omnibus ac singulis ipsum negocium contingentibus pro nobis et nomine nostro coram vobis seu altero vestrum duxerit faciendum seu etiam procurandum. In cujus rei etc. Data apud Bolre. xiiij°. Kalendas Julii. Anno domini m°. ccc^mo^. primo.

[*July 7. Collation of John de Middelton to the Vicarage of Twyford.*]

COLLACIO VICARIE DE TWYFORD.—Johannes [etc.] dilecto in Christo filio Johanni de Middelton presbitero salutem [etc.]. Vicariam ecclesie de Twyford nostre diocesis vacantem et ad nostram collacionem pleno jure spectantem tibi conferimus intuitu caritatis et te vicarium instituimus in eadem. In cujus rei testimonium etc. Data apud Dounton Nonis Julii. Anno domini m°. ccc^mo^. primo. Consecracionis nostre vicesimo. Sub eadem data fuit scriptum Officiali Winton. vel Thesaurario de Wolvesey ad inducendum eum.

[Fo. 28b.]

[*June 17. Admission of John de Certeseya to the Rectory of Cobham on the presentation of the Abbey of Chertsey.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE COVEHAM.—Memorandum quod die Lune proximo post festum Sancti Barnabe Apostoli Anno Domini m°. ccc^mo^. primo admisit dominus Episcopus dominum Johannem de Certeseya ad ecclesiam de Coveham spectantem ad presentacionem Religiosorum virorum abbatis et Conventus de Certeseya et super hoc habuit idem Johannes literas institucionis patentes sub magno sigillo.

[*May 3. Resignation by Henry de Liskeret of the Vicarage of Hursley.*]

RESIGNACIO HENRICI DE LISKERET SUPER VICARIA DE HURSELEGH.—Universis etc. J permissione divina etc. Universitati vestre notum facimus per presentes quod Henricus de Liskeret perpetuus vicarius ecclesie de Hurselegh nostre diocesis die confectionis presentium vicariam suam predictam cum omnibus juribus et pertinenciis suis in manus nostras pure sponte et absolute resignavit, omni juri quod sibi competebat in eadem renunciando. Quam quidem resignacionem admisimus et admittimus ac etiam acceptamus. In cujus rei etc. Data apud Suwerk prope London v. Nonas Maii. Anno domini m°. ccc^mo^. primo.

[*May 4. Presentation by the Bishop of Henry de Liskeret to the Rectory of Bleadon, Somerset.*]

PRESENTACIO AD ECCLESIAM DE BLEDON.—Venerabili in

Christo domino Willelmo dei gracia Bathonensi et Wellensi Episcopo J. ejusdem permissione Winton. Episcopus salutem et fraterne dilectionis augmentum. Ad ecclesiam de Bludon (*sic*) vestre diocesis vacantem et ad nostram presentacionem spectantem dilectum nobis in Christo Henricum de Liskeret clericum et familiarem nostrum paternitati vestre reverenter presentamus. Affectuose rogantes quatinus eundem Henricum ad dictam ecclesiam admittere et ipsum in eadem rectorem instituere dignemini intuitu caritatis. Data apud Suwerk prope London. iiij. Nonas Maii. Anno domini m°. ccc^mo^. primo.

[*August 14. The Bishop requests Richard, Bishop of London, to publish in the Churches of the City and suburbs of London the sentence of excommunication passed by him on Peter de Sancto Mario, formerly Rector of Colesdon, now of Erith, on account of his many and manifest contumacies respecting suits in the Consistory Court.*]

EXECUTIO CONTRA MAGISTRUM PETRUM DE SANCTO MARIO. —Venerabili in Christo patri domino R. dei gracia Londonensi Episcopo J. ejusdem permissione Wintoniensis ecclesie minister humilis salutem etc. Quia magister Petrus de Sancto Mario executor testamenti quondam magistri Petri de Sancto Mario Archidiaconi nostri Surreye et Custodis domus Sancte Crucis prope Winton nuper Rector ecclesie de Colesdon nostre diocesis nunc vero Rector ecclesie de Erde Roffensis diocesis tum propter ipsius multiplicatas et manifestas contumacias tam ex officio quam ad instanciam diversarum partium peremptorie evocatus contractas tum propter ipsius offensas manifestas majoris excommunicationis sententiis auctoritate nostra jamdiu est meritus enodari justicia exigente. Ad partes vestras ut dicitur se transtulit sic ligatus gregem vobis commissum per communionem inficiendo nequiter in hac parte. Paternitatem vestram reverendam attente rogamus et devote requirimus quatinus mutue vicissitudinis optentu eundem magistrum Petrum sic excommunicatum esse per omnes ecclesias Civitatis et suburbii Londonie vobis subjectas faciatis si placet pupplice et solempniter nunciari, ut sic per hujusmodi nunciationem et publicationem rubore confusus ad gremium sancte matris ecclesie redire citius compellatur, nos si placet quid feceris in premissis certificantes cum congrue fueritis requisiti per literas vestras patentes harum seriem continentes. Tantum facientes in premissis ut vobis in consimilibus et majoribus teneamur non immerito artius obligati. Valete etc. Data Wintonie. xix. Kalendas Septembris. Anno domini millesimo ccc^mo^. primo.

Consimilis littera et ejusdem tenoris et date directa fuit Episcopo

Roffensi ad eundem Petrum excommunicandum per totam suam civitatem et diocesem, et ut certificaret ut supra.

[*Aug. 20. Letter from the Bishop to the Prioress and Convent of Wintney, announcing his intended Visitation, and giving strict injunctions as to the management of their property.*]

LITTERA DIRECTA PRIORISSE ET CONVENTUI DE WYNTENEYE SUPER VISITACIONE.—J. [etc.] dilectis in Christo filiabus . . . Priorisse et Conventui de Wynteneye salutem [etc.]. Quia vos et Monasterium vestrum certis et legitimis de causis prout nostro incumbit officio in brevi intendimus visitare, vobis in virtute obediencie et tibi priorisse sub pena excommunicationis et conventui predicto sub pena interdicti districtius inhibemus ne circa temporalia vel spiritualia vestra seu eorum administracionem senescallum ballivos seu custodes perpetuos vel episcopales preficiendo, seu ipsorum bonorum custodiam alicui committendo quicquid de novo penitus acceptetis, hiis qui ante hec tempora videlicet anno jam elapso eorundem bonorum vestrorum administracionem de unanimi vestro consilio habuerunt dumtaxat exceptis, quam quidem administra-
[Fo. 29a.] cionem adhuc non intendimus revocare. Et si quem | vel quos in hujusmodi administracione bonorum vestrorum infra annum predictum jam preteritum de novo preposuistis, ipsum visis presentibus seu ipsos ammovere (*sic*) sine more dispendio studeatis omni cessante gracia et favore sicut penam effugere volueritis antedictam. De die vero receptionis presentium et quid super hiis duxeritis faciendum nos per presentium (*sic*, ? latorem) certificetis per litteras vestras patentes harum seriem continentes. Data apud Wolveseye. xiij. Kalendas Septembris. Anno Consecracionis nostre xx°.

[*August 19. The Bishop applies to the Bishop of Lincoln to proclaim in his Diocese the excommunication of Mag. Peter de Sancto Mario who was now Rector of Nailstone, and to cite him to appear at Winchester on a certain date to answer to charges* ex officio *and* ad instantias partium. *A report requested.*]

EXECUTIO CONTRA MAGISTRUM P. DE SANCTO MARIO DEMANDATA DOMINO . . . LINCOLNIENSI EPISCOPO.—Venerabili in Christo patri domino . . . dei gracia Lincolniensi Episcopo J. ejusdem permissione Wintoniensis ecclesie minister salutem et fraternam in Domino caritatem. Quia magister Petrus de Sancto Mario executor testamenti quondam magistri Petri de Sancto Mario Archidiaconi nostri Surreye et Custodis domus Sancte Crucis prope Wynton. nuper Rector ecclesie de Collesdon nostre diocesis nunc vero Rector ecclesie de Nayleston vestre Diocesis cum propter

ipsius multiplicatas et manifestas contumacias tam ex officio quam ad instantiam diversarum partium peremptorie evocatus contractas tum propter ipsius offensas manifestas majoris excommunicationis sententiis auctoritate nostra jamdiu est meritus enodari justicia et culpis suis exigentibus; Paternitatem vestram reverendam attente rogamus et devote requirimus quatinus mutue vicissitudinis optentu dictum magistrum Petrum sic per nos esse excommunicatum per totam civitatem et diocesem vestras faciatis si placet publice et sollempniter nunciari et ab omnibus artius evitari, ut sic per hujusmodi nunciacionem et publicacionem rubore confusus ad gremium sancte matris ecclesie redire citius compellatur, citari facientes nichilominus eundem peremptorie quod compareat coram nobis vel Officiali nostro seu alio speciali Commissario nostro in hac parte cum testamento, inventario, et omnibus aliis munimentis et instrumentis dictum testamentum et ministracionem ejusdem contingentibus iiij^{to} die juridico post festum Sancti Leonardi Confessoris in majori ecclesia Wintonie sue ministracionis facte et debitam racionem redditurus et ulterius tam super inchoatis et pendentibus in curia nostra contra ipsum tam ex officio quam ad instanciam partium responsurus et juri pariturus. Et quid super hiis vestra paternitas reverenda duxerit faciendum nos si placet certificetis per presentium bajulum per vestras patentes litteras harum seriem continentes. Tantum facientes in premissis ut vobis in consimilibus et majoribus teneamur non immerito artius obligati. Valeat paternitas vestra reverenda per tempora prospera et longeva. Data Wintonie xiiij. Kalendas Septembris. Anno domini m^{o}. ccc^{mo}. primo.

[*August 26. Admission of Robert de Cadebury to the Vicarage of Ashley.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE AISSELE.—Memorandum quod septimo Kalendas Septembris. Anno Domini m^{o}. ccc^{mo}. primo contulit dominus Episcopus domino Roberto de Cadebury presbitero vicariam de Aissele vacantem ad presentacionem Religiosorum virorum . . . Prioris et Conventus de Motesfonte et habuit litteram collacionis et litteram similiter ad inducendum eum directam Archidiacono Wintoniensi vel ejus Officiali in forma consueta.

[*August 30. Leave of study for three years granted to Geoffrey, Rector of Steventon.*]

CONCEDIT EPISCOPUS GALFRIDO RECTORI ECCLESIE DE STIVINTON STUDENDI PER TRIENNIUM.—Johannes [etc.] dilecto filio Galfrido Rectori ecclesie de Stivinton salutem [etc.]. Precibus tuis inclinati ut a festo Sancti Michaelis proximo futuro post diem

confectionis presentium per triennium in aliquo studio generali et approbato valeas studere et interim ecclesiam tuam Ricardo dicto Gyflete clerico ad firmam dimittere, tibi liberam per presentes concedimus facultatem, proviso tamen quod ecclesia tua antedicta debitis interim non defraudetur obsequiis. Data apud Wolveseye iij. Kalendas Septembres. Anno domini supradicto.

[*September 7. St. Giles' Fair was held annually by Royal licence for 16 days from the Vigil of St. Giles (Aug. 31). The Bishop expressly inhibits the continuance of the Fair beyond that term, and directs the Dean of Winton to cause a proclamation to be made in the Cathedral and other Churches in the city and suburbs warning all traders in the Fair not to offer their wares for sale but to remove them when the sixteen days are ended. A report to be made the Bishop when required.*]

INHIBICIO NE MERCATORES MORENTUR SUPRA MONTEM SANCTI EGIDII AGITANDO MERCIMONIA SUA ULTRA SEXDECIM DIES.—J. dei gracia etc. dilecto filio . . . Decano Wintonie salutem [etc.]. Cum nuper per cartas clare memorie . . . Regum Anglie et confirmacionem domini E. Dei gracia nunc Regis Anglie illustris nobis et ecclesie nostre Wintoniensi ac successoribus nostris qui pro tempore fuerint rectores dicte ecclesie sit concessum ut feriam sive nundinas Sancti Egidii Wintonie cum omnibus libertatibus ad eam pertinentibus annuatim habere valeamus et valeant debeamus et debeant [Fo. 29b.] per sexdecim dies | continue duraturas, Incipientes die primo ferie hujusmodi sive Nundinarum in vigilia Sancti Egidii supradicti, Consideratumque sit postmodum sive adjudicatum seu sententialiter declaratum per Curiam regiam quod finitis illis sexdecim diebus finiatur et feria seu hujusmodi nundine finiantur et claudantur mercimonia et recedant singuli mercatores et quod mora seu residentia mercatorum ad mercimonia sua monstranda seu vendenda non fieret ultra predictos sexdecim dies plene completos, cum per hoc videlicet si mercatores residerent et mercimonia facerent ultra predictos sexdecim dies faciendo et agitando mercimonia sua, forte iidem mercatores annis singulis tardius venirent ibidem in principio nundinarum ratione hujusmodi more et sic subtraheretur in principio quod excederet in fine quod esset aperte ad dampnum et prejudicium nostrum et successorum nostrorum et Wintoniensis ecclesie predicte non modicum cum in solo alieno et precipue ecclesiastico nullus preter assensum regium et eidem ecclesie presidentis cujus solum hujusmodi existit voluntatem possit vel debeat feriam vel nundinas tenere vel continuare vel mercimonia sua pupplice agitare sive exercere. Nonnulli tamen premissa forsitan ignorantes feriam hujusmodi sive nundinas tam emendo quam vendendo post predictos sexdecim dies temeritate

propria extendentes contra concessionem, confirmacionem et consideracionem predictas et nostram seu nostrorum voluntatem et consensum mercimonia sua in solo nostro immo verius ecclesiastico agitant et exercent in nostrum et ecclesie nostre Wintoniensis prejudicium dampnum non modicum et gravamen. Cum igitur omnes et singuli bona ecclesiastica domum sive agrum seu quecunque alia contra ipsorum domini voluntatem invadentes seu ecclesias suis juribus sive libertatibus defraudantes sacrilegi sint censendi penaque sacrilegii puniendi et nichilominus majoris excommunicacionis sententia innodati, vobis in virtute obediencie injungimus et mandamus quatinus in ecclesia nostra Cathedrali Wintonie et in omnibus et singulis ecclesiis parochialibus Civitatis et Suburbii Wintonie hac instanti die dominica proximo sequente et aliis diebus et locis de quibus fueritis requisiti sub pena excommunicacionis majoris publice et solempniter inhibere curetis omnibus et singulis mercatoribus in genere nequis in solo nostro supra montem Sancti Egidii ubi feria sive nundine jam existunt immo verius solo ecclesiastico post predictos sexdecim dies, quibus elapsis ipsa feria est finita, mercimonia sua vendicioni exponant aut demonstrent, aut quicquam vendant alicui de eisdem sed ea claudant et recedant singuli cum ipsis libere sine mora. Sub eadem etiam pena inhiberi volumus et mandamus ne quis post predictos sexdecim dies in solo predicto a quocunque mercatore ibidem moram trahente quodcunque mercimonium emere audeat vel presumat. Et quid inde feceritis nos certificetis per literas vestras patentes harum seriem continentes cum super hoc fueritis requisiti. Data apud Wolveseye vij. Idus Septembris. Anno Domini m°. ccc^mo^. primo. Consecracionis nostre vicesimo.

[*September 8. William de Esingwold, Rector of Leigh, Surrey, has leave to let his Rectory to farm for three years on the usual conditions.*]

CONCEDIT EPISCOPUS DOMINO WILLELMO RECTORI ECCLESIE DE LEGH MILITIS UT POSSIT DARE ECCLESIAM SUAM AD FIRMAM PER TRIENNIUM.—J. [etc.] dilecto filio domino Willelmo de Esingwold Rectori ecclesie de Legh Militis in nostra exempta jurisdictione constitute salutem etc. Volentes tibi graciam facere specialem ut ecclesiam tuam predictam per tres annos a tempore date presentium numerandos alicui honeste persone dimittere possis et fructus ejusdem interim integre percipere tibi tenore presentium liberam concedimus facultatem, proviso quod ecclesia tua predicta debitis non fraudetur obsequiis et animarum cura in eadem interim minime negligatur. In cujus etc. Data apud Wolveseye vj. Idus Septembris. Anno domini predicto.

[*September 16. Admission of Richard de Polhampton to the Rectory of Heckfield.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE HEGFELD.—Memorandum quod xvj. Kalendas Octobris. Anno supradicto apud Farnham admisit dominus Episcopus Ricardum de Polhampton ad ecclesiam de Hegfeld vacantem ad presentacionem Henrici de Maniseno veri ejusdem ecclesie patroni et super hoc habuit idem Ricardus litteram directam . . . Archidiacono Winton. vel ejus Officiali ad inducendum eum in corporalem possessionem ecclesie supradicte.

[*September 17. Collation of Adam de Eglesfeld to the Rectory of Brightstone, Isle of Wight.*]

COLLACIO ECCLESIE DE BRICHTESTON IN INSULA VECTA FACTA ADE DE EGLESFELD.—Memorandum quod xv. Kalendas Octobris loco et anno predictis contulit dominus Episcopus Ade de Eglesfeld clerico ecclesiam de Britchteston in Insula Vecta vacantem per resignacionem domini Johannis de Kirkeby, et super hoc habuit Adam predictus litteram directam magistro Michaeli de Hellestone Officiali Winton. ad inducendum eum in corporalem possessionem ecclesie supradicte, et habuit litteram colla-
[Fo. 30a.] cionis | sub data iij. Nonas Januarii. Anno predicto apud Wolveseye.

[*September 24. The Bishop revokes the collation lately made in the Roman Court of Roger de Hertford to the Vicarage of Camberwell at the instance of the patrons of that Vicarage, the Prior and Convent of Bermondsey.*]

REVOCACIO COLLACIONIS VICARIE DE CAMERWELL.—Universis presentes literas inspecturis Johannes permissione etc. salutem in domino sempiternam. Licet nos nuper vicariam de Camerwell in Romana Curia vacantem domino Rogero de Hertford presbitero auctoritate nobis commissa certisque causis aliis contulerimus, Nos dictam collacionem in instanciam Religiosorum virorum . . . Prioris et Conventus de Bermondeseie dicte vicarie patronorum ne dicta collacio nostra in eorum prejudicium in posterum redundare valeat ex certa scientia revocamus. In cujus etc. Data apud Suwerk viij. Kalendas Octobris. Anno domini m°. ccc^mo^. primo.

[*September 25. The Bishop grants permission to Ralph de la Kalenge, ? purveyor of the Church of West Wycombe, in consideration of his Manor of Wydindon being remote from the Church and the badness of the ways, to construct an Oratory or free Chantry, saving Rectorial rights.*]

CONCEDIT EPISCOPUS RADULFO DE LA KALENGE UT POSSIT CONSTRUERE ORATORIUM IN MANERIO SUO DE WIDINGTON.—J. [etc.] sancte Romane ecclesie immediate subjectus dilecto filio Radulfo de la Kalenge parocho ecclesie de West Wycomb jurisdi-

ctionis nostre exempte salutem [etc.]. Attendentes loci distanciam intermedii inter ecclesiam de West Wycomb predictam et manerium tuum de Wydindon et vie discrimen ac periculum quod sepius contingere dinoscitur ut in manso tuo predicto liberam Cantariam habere valeas absque prejudicio ecclesie matricis predicte, dum tamen de indempnitate et prejudicio hujusmodi ejusdem ecclesie Rectori sufficienter caveas, et si idem Rector hujusmodi caucionem admittere recusaverit eam . . . Officiali nostro vel ejus Commissario prestes, liberam tibi concedimus facultatem. In cujus rei etc. Data apud Suwerk vij. Kalendas Octobris. Anno supradicto.

[*September 26. Admission of Richard de Barton to the Rectory of Sutton near Carshalton.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE SUTTON JUXTA KERSAULTON.—J. [etc.] dilecto filio Ricardo de Barton Acolito salutem [etc.]. Ad ecclesiam de Sutton juxta Kersaulton nostre diocesis vacantem ad quam per Religiosos viros . . . Abbatem et Conventum de Certeseye presentatus existis te admittimus et Rectorem instituimus in eadem. In cujus etc. Data apud Suwerk vj. Kalendas Octobris. Anno supradicto. Item sub eadem data directa fuit littera domino . . . Archidiacono Surreye ad inducendum dictum Ricardum in corporalem possessionem ecclesie supradicte.

[*September 26. Admission of Roger de Hertford to the Vicarage of Camberwell.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE CAMERWELL.—J. [etc.] dilecto in Christo filio domino Rogero de Hertford salutem [etc.]. Ad vicariam de Camerwell vacantem ad quam per Religiosos viros . . . Priorem et Conventum de Bermondeseye veros dicte vicarie patronos presentatus existis te admittimus per presentes et vicarium perpetuum instituimus in eadem. In cujus etc. Data apud Suthwerk. v. Kalendas Octobris. Anno domini m°. ccc^mo^. primo. Consecracionis nostre vicesimo.

[*October 25. The Bishop, having appropriated the Rectory of Mordon to the Abbot and Convent of Westminster, directs the Dean of Ewell to induct their proctor into corporal possession of the same.*]

INDUCTIO IN ECCLESIAM DE MORDON.—J. dei gracia etc. dilecto filio . . . Decano de Ewell salutem [etc.]. Quia ecclesiam de Mordon nostre diocesis vacantem per resignacionem magistri Gerardi de Standon nuper Rectoris ejusdem Religiosis viris . . . Abbati et Conventui Monasterii de Westminstre ex certis et legitimis causis assignavimus equitate suadente, vobis mandamus quatinus eorundem Religiosorum procuratorem in corporalem possessionem dicte

ecclesie inducatis et defendatis inductum. Data apud Essere viij. Kalendas Novembris. Anno domini Millesimo ccc^{mo}. primo. Consecracionis nostre etc.

[*November 2. Custody of the Rectory of Clendon and of Roger de Lovekin, Clerk, lately admitted thereto, entrusted to Hugh de Kingston, Vicar of Flore, Northants. Sufficient support to be given from the revenues to keep Roger at school or elsewhere.*]

CUSTODIA ECCLESIE DE CLENDON ET ROGERI LOVEKIN PRESENTATI AD EANDEM COMMISSA DOMINO HUGONI DE KINGESTON.—Johannes dei gracia etc. dilecto sibi in Christo domino Hugoni de Kingestone vicario ecclesie de Flore, Lincolniensis diocesis salutem in omnium Salvatore. Custodiam ecclesie de Clendon nostre diocesis et Rogeri de Lovekin de Kyngeston clerici quem graciose nuper admisimus ad eandem tibi damus et committimus per presentes. Ita tamen quod dicto Rogero de fructibus et proventibus dicte ecclesie in scolis vel alibi competentem exhibeas sustentacionem, proviso tamen quod predicta ecclesia debitis non fraudetur obsequiis et animarum cura que eidem incumbit interim minime negligatur. In cujus etc. Data apud Essere iiij^{to}. Nonas Novembris. Anno domini m^{o}. ccc^{mo}. primo. Consecracionis nostre xx^{mo}.

[*Same day. Admission of Roger Lovekyn to the Rectory of Clendon.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE CLENDON.—In eisdem die et anno admisit dominus Episcopus predictum Rogerum dictum Lovekyn de Kyngeston ad ecclesiam de Clendon supradictam ad presentacionem Abbatis et Conventus de Certeseye, et super hoc directa fuit litera . . . Archidiacono Surreye vel ejus Officiali ad inducendum ipsum Rogerum in corporalem possessionem ecclesie supradicte.

[Fo. 30b.]

[*November 13. Admission of Thomas de Sumburn to the Vicarage of Battersea.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE BETRICHESEIE.—Memorandum quod Idus Novembris. Anno domini m^{o}. ccc^{mo}. primo admissus fuit dominus Thomas de Sumburn presbiter ad vicariam ecclesie de Betricheseie ad presentacionem Religiosorum virorum Abbatis et Conventus Westminstre et habuit litteram institucionis et similiter litteram directam . . . Archidiacono Surreye vel ejus Officiali ad inducendum eum etc.

[*November 13. The Bishop gives Roger de Skerningge, Rector of Maplederham, a dispensation from residence not to last beyond seven years.*]

DISPENSAT EPISCOPUS CUM DOMINO R. DE SKERNINGGE SUPER NON RESIDENTIA PER SEPTENNIUM.—Johannes permissione divina

etc. dilecto in Christo filio Rogero de Skerninge Rectori ecclesie de Mapelderham nostre diocesis salutem etc. Meritis tuis exigentibus tibi volentes graciam facere specialem, ut in ecclesia tua predicta personaliter residere minime tenearis tecum presentium tenore dispensamus, proviso quod eadem ecclesia tua interim debitis non fraudetur obsequiis, set per ydoneos ministros honorifice deserviatur eidem et animarum cura nullatenus negligatur, presentibus ultra septennium minime valituris. Data apud Novum locum juxta Guldeford. Idus Novembris. Anno domini m°. ccc^mo^. primo.

[*November 11. Visitation of the Priory of Newark. The Bishop gives injunctions on certain points which needed correction and reformation.*]

VISITACIO PRIORATUS DE NOVO LOCO.—In nomine domini Amen. Nos Johannes [etc.] die sabbati iij. Idus Novembris. Anno domini m°. ccc^mo^. primo ad Prioratum de Novo loco personaliter accedentes visitacionis officium impleturi, quedam invenimus ibidem correctionis et reformacionis auxilio et (*sic*) indigencia super quibus procedendum statuendum et ordinandum duximus in forma que subscribitur. In primis statuimus ut silencium in ecclesia et aliis locis et horis debitis melius solito custodiatur, ut paucitas verborum voce tamen submissa prolatorum modum signorum quibus non utimini nullatenus excedere videatur. Et si quis fratrum ultra quam deceat linguam suam indiscrete relaxaverit cum non desit in multiloquio peccatum per priorem puniatur secundum quod ordinis disciplina requirit.

Item cum obediencia de substancia cujuslibet religionis existat, districte precipimus ut omnes et singuli canonici et Conversi priori suo reverenter obediant et eidem reverenciam debitam exhibeant, et qui rebelles fuerint aut contumaces per priorem suum acrius puniantur.

Item precipimus ut Prior frequentius inter fratres sedeat in claustro cum sibi vacaverit eorum confessiones audiendo, ipsosque doctrinis moribus et exemplis salutiferis informando.

Item nullus canonicorum aut conversorum proprium habeat set illud continuo in manibus prioris resignet sub pena excommunicacionis quam contrafacientes poterunt non immerito formidare. Obedienciarii etiam post compotum suum redditum quod singulis annis coram Priore et aliis ad hoc per Priorem et capitulum deputandis semel fieri precipimus si quid residuum fuerit in usus communes convertant, nichil inde sibi appropriantes.

Item inhibemus ne aliquis secreta Capituli aut ea que in Capitulo regulariter aguntur alicui seculari vel alii revelare presumat.

Item inhibemus ne decetero liberaciones sive corrodia vendantur aut pensiones concedantur absque nostra licencia speciali cum per hujusmodi liberaciones et corrodia prout visibili experimento didicimus nonnulla dispendia proveniant et destructio domus.

Item non detur alicui fratrum licencia exeundi septa domus nisi ex justa et rationabili causa et tunc cum honesta comitiva et in capis prout decet, nec presumat quis extra morari ultra terminum sibi a superiore suo prefinitum. Quod si ausu contemptibili contrafecerit, acriter secundum ordinis exigenciam corrigatur. Item districtius inhibemus ne quis proclamatum seu accusatum in capitulo defendat aut . . . Priorem vel ejus locum in Capitulo tenentem impediat quo minus correctiones debitas secundum ordinis disciplinam contra proclamatos hujusmodi exercere valeat. Contravenientes per superiorem suum acrissime in panis et aque jejunio biduano vel triduano secundum qualitatem excessus puniantur, ut eorum pena aliis timorem incutiat consimilia perpetrandi. Item statuimus et precipimus, ut per . . . Priorem et Conventum unus de discretioribus fratribus eligatur qui de consilio prioris et majoris et sanioris partis Capituli Celerarius exterior constituatur, quem ad differentiam alterius Celerarii Senescallum vocari precipimus et mandamus qui in omnibus priori suo reverenter prout decet obediat, qui etiam maneriorum et aliorum bonorum extrinsecorum sive forinsecorum curam habeat et custodiam. Et hic una cum Celerario intrinseco et alio circumspecto et discreto claustrali eisdem per priorem et saniorem partem Conventus adjungendo et associando cujus consilio dicti Celerarii perfruantur in hac parte debita redditus et obvenciones totius domus recipiant et disponant de eisdem. Auctoritate et consilio et consensu . . . prioris | prout honori domus et utilitati melius et decentius viderint expedire. [Fo. 31a.] Ita quod quater singulis annis post finalem compotum redditum coram Priore et sanioribus ac discretioribus domus sue gessionis et administracionis raciones reddere teneantur et statum domus coram fratribus in Capitulo recitare, ut quod omnes tangit ab omnibus sciatur et approbetur.

Prior vero de temporalibus absque eorundem consilio nichil ordinet aut disponat quod onerosum sit domui aut aliqualiter prejudiciale. De spiritualibus vero et de Officiariis curam spiritualium dumtaxat gerentibus ordinet idem Prior quod sue libito voluntatis prout deo et animarum sibi subjectarum saluti magis viderit expedire. Item ut bonum pacis et tranquillitatis inter vos decetero magis solito foveatur, inhibemus sub pena excommunicacionis majoris ne quis inter vos scisma suscitet discordiam seminet aut

fratrem suum verbis probrosis et contumeliosis diffamet vel ad iracundiam rixam vel discordiam provocet quoquo modo, set omnia opera vestra in caritate perfecta fiant secundum doctrinam Apostolicam ut quilibet vestrum ab alio subportetur prout decet. Si quis autem super hiis transgressor extiterit in jejunio panis et aque vel alia pena majori secundum quod protervitas delinquentis exigerit (*sic*) per Priorem puniatur. Similiter etiam in aliis excessibus de quibus quis convictus fuerit nisi excessus ille majorem penam exegerit volumus observari.

Item volumus [et] de consensu Prioris et totius Capituli ordinamus quod Camerarius Conventus qui pro tempore fuerit recipiat singulis annis de redditibus et exitibus Manerii de Tollebury per manus ballivi ejusdem manerii decem libras sterlingorum pro investitura et necessitatibus canonicorum et aliis necessariis ad cameram pertinentibus. Item sub pena canonice districtionis precipimus libros extra domum hactenus cuicunque traditos et accomodatos (*sic*) quam citius commode fieri poterit revocari nec alicui decetero librum aliquem extra domum accomodari nisi sub bono memoriali et sub sacramento recipientis quod librum illum reddet et restituet termino sibi prefinito ita quod singulis annis semel omnes libri coram fratribus ostendantur et ab omnibus videantur secundum quod novimus in aliis religionibus observari. Et quia parum prodest statuta condere nisi sit qui ea tueatur et faciat observari, volumus et precipimus omnia et singula predicta statuta nostra per vos inviolabiliter observari in virtute sacre obediencie et districtionis canonice non nisi per nos cum quis vestrum quod absit eam incurrerit relaxande. Et cum labilis sit hominum memoria volumus et firmiter injungendo precipimus ut dicta statuta, vobis necessaria, quo magis et inpressius singulorum memorie commendentur, de mense in mensem in Capitulo coram omnibus fratribus qui in domo sint sollempniter et publice recitentur. Reservata nobis potestate predicta statuta nostra corrigere et eisdem addere vel detrahere ac alias injunctiones et moniciones facere quotiens necessitas exegerit et vobis videbitur oportunum.

[*November 17. Admission of William Daundely to the Rectory of Chilton Candover.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE CHILTON CANDEVERE.—Memorandum quod xv. Kalendas Decembris. Anno domini m°. ccc^mo^. primo apud Novum locum admissus fuit Willelmus Daundely ad ecclesiam de Chilton Candevere ad presentacionem Johannis Daundely et habuit litteras institucionis et inductionis in forma consueta.

[*November 24. Admission of John de Motesfont to the Vicarage of Ashley.*]

ADMISSIO AD VICARIAM DE AISSELE.—Memorandum quod viij. Kalendas Decembris. Anno supradicto apud Wolveseye admissus fuit Johannes de Motesfont ad vicariam de Aissele ad presentacionem Prioris et Conventus de Motesfont et habuit litteras institucionis et inductionis in forma consueta.

[*December 9. Admission of Mag. John de Popeton to the Rectory of Gatcombe, I. of Wight.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE GATECOMBE IN INSULA VECTA.—Memorandum quod v^to^. Idus Decembris. Anno supradicto apud Bittern admissus fuit Magister Johannes de Popeton ad ecclesiam de Gatecombe in Insula Vecta ad presentacionem Baldewini de Insula et habuit litteras [etc.].

[*January 10. Admission of John de Kirkeby, King's Clerk, to the Rectory of Godshill, I. of Wight.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE GODESHULL.—Memorandum quod iiij^to^. Idus Januarii. Anno predicto apud Wolveseye admissus fuit dominus Johannes de Kirkeby domini Regis Anglie illustris clericus ad ecclesiam de Godeshull in Insula Vecta ad presentacionem procuratoris Religiosorum virorum Abbatis et Conventus de Lyra, et habuit litteras [etc.].

[*January 13. Admission of Mag. William de Turribus to the Rectory of Arreton, I. of Wight.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE ARRETON.—Item memorandum quod Idus Januarii. Anno supradicto admissus fuit magister Willelmus de Turribus ad ecclesiam de Arreton in Insula Vecta ad presentacionem procuratoris de Lyra et habuit litteras [etc.].

[Fo. 31b.]

[*January 26. Admission and institution of William le Botiller to the Rectory of Clapham.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE CLOPHAM.—J. dei gracia etc. dilecto filio Willelmo dicto le Botiller acolito salutem [etc.]. Ad ecclesiam de Clopham nostre diocesis vacantem ad quam per Religiosos viros . . . Priorem et Conventum de Merton veros ejusdem patronos presentatus existis, te admittimus intuitu caritatis et Rectorem instituimus in eadem. In cujus rei etc. Data apud Wolveseye vij. Kalendas Februarii. Anno domini millesimo. ccc^mo^. primo.

[*February 5. Admission of John de Gorgiis to the Rectory of Newton, I. of Wight.*]

ADMISSIO AD ECCLESIAM DE NIWETON IN INSULA VECTA.—J. dei gracia etc. dilecto filio Johanni de Gorgiis clerico salutem

[etc.]. Ad ecclesiam de Niweton in Insula Vecta nostre diocesis ad quam per fratrem Fulconem de Bernayo procuratorem Religiosorum virorum . . . Abbatis et Conventus de Lyra verorum ejusdem ecclesie patronorum presentatus existis, te admittimus intuitu caritatis et Rectorem instituimus in eadem. In cujus etc. Data apud Tymberbury Nonas Februarii. Anno domini m°. ccc^mo^. primo et Consecracionis nostre xx^mo^.

[*February 5. Admission of John King to the Chapel in his Manor of Knighton, I. of Wight, newly built by Ralph de Gorgiis, Knt. : endowment five marks* per ann. : *rights of the mother Church safeguarded.*]

ADMISSIO AD CAPELLAM DE KNIGHTETON IN INSULA VECTA. —J. dei gracia etc. dilecto filio Johanni dicto King Acolito salutem [etc.]. Cum nobilis vir dominus Radulfus de Gorgiis miles cupiens divinum cultum augmentare te nobis ad capellam in manerio suo de Knighteton nostre diocesis constructam cui nulla cura imminet animarum, ad quam hactenus nullus alius extitit presentatus vel etiam institutus per suas patentes literas presentavit petens vive vocis oraculo ut te ad titulum dicte capelle sufficientem quinque marcarum et amplius valentem annuatim in presbyterum infra annum a die confectionis presentium ordinandum et pro animabus antecessorum suorum et omnium in Christo quiescentium divina celebraturum admittere curaremus, asserens quod per hujusmodi presentacionem et admissionem nullum matrici ecclesie prejudicium immineret. Nos ipsius Nobilis pium propositum considerantes te ad eandem capellam cum suis pertinentiis sub forma pretacta duximus admittendum in ipsius capelle corporalem possessionem induci et inductum tueri sub consueta forma litteratorum demandantes. Jure matricis ecclesie predicte in omnibus semper salvo. In cujus rei etc. Data apud Tymberbury Nonas Februarii. Anno supradicto.

[*January 13. The Bishop, compassionating the troubles which have fallen upon the Priory of Breamore, especially through the exactions of the late Countess of Albemarle, appropriates to them through the King's intervention the Rectory of Brading, I. of Wight, saving a suitable provision to be made for the Vicarage of the same.*]

APPROPRIACIO ECCLESIE DE BRERDINGGE FACTA PRIORI ET CONVENTUI DE BROMMORE.—J. permissione divina etc. dilectis in Christo filiis fratri T. priori de Brommore et ejusdem loci Conventui salutem [etc.]. Sacre religionis professoribus qui spretis mundi fluctibus et ejus vanitatibus omnino relictis omnipotenti Deo eligunt famulari non nunquam aliqua religionis favore liberaliter conceduntur que solent aliis aliquociens interdici. Sane ex parte vestra nobis extitit intimatum quod vos et domus vestra per varios litium

anfractus et multimodas oppressiones potentum et precipue domine Isabelle de Fortibus quondam Comitisse Albemarlie que nuper monasterium vestrum predictum Quadraginta libratis terre et amplius hactenus spoliaverit unde redditus et proventus tam in spiritualibus quam in temporalibus minorati sunt adeo et subtracti quod ad sustentacionem vestram et receptionem pauperum et hospitum prout convenit sufficere minime dinoscuntur. Nos igitur qui ad vos et monasterium vestrum predictum affectionem specialem [gerimus] indigencie vestre et manifesto defectuiquos a fidedignis et fide didicimus oculata compatientes intimis visceribus cordis nostri, considerantesque quod ad monasterium vestrum predictum hospitum, pauperum, et infirmorum confluit frequenter non modica multitudo quibus vos oportet vite necessaria et alia caritatis opera ministrare, pensantes etiam quod excellentissimus princeps dominus E. dei gracia Anglie Rex illustris advertens quod propter defectus hujusmodi ad predicta facienda et sustinenda vestre non sufficiunt facultates jus patronatus quod habuit in ecclesia de Brerdinge in Insula Vecta nostre diocesis vobis ex regia liberalitate donavit approprianda vobis quandocunque possetis in puram et perpetuam elemosinam ad predicta onera supportanda prout in suis litteris vidimus plenius contineri, Ecclesiam predictam de Brerdingge vestri patronatus cum omnibus juribus et pertinenciis suis ac liberis consuetudinibus ejusdem, cedente vel decedente Rectore ipsius ecclesie in premissorum sustentacionis subsidium in usus proprios libere inperpetuum convertandam deputamus assignamus appropriamus et vobis etiam concedimus per presentes. Salva nobis et successoribus nostris potestate ordinandi et taxandi vicariam perpetuam in ecclesia de Brerdingge antedicta de proventibus ejusdem ecclesie,
[Fo. 32a.] pro sustentacione vicarii qui pro tempore fuerit in eadem | ad presentacionem vestram per nos et successores nostros admittendi et instituendi. Volumus insuper et de gracia speciali vobis tenore presentium concedimus ut cedente vel decedente nunc Rectore ipsius ecclesie possessionem corporalem per vos vel procuratores vestros nobis vel officialibus nostris seu quibuscunque aliis inferioribus nostris ministris irrequisitis auctoritate propria immo vero nostra libere ingredi et possidere pacifice valeatis. In cujus etc. Data apud Wolveseye Idus Januarii. Anno Domini m°. ccc^mo^. primo. Consecracionis nostre xx^mo^.

[*February 13. Custody of the sequestration of Kimpton Rectory granted during pleasure to John Focik.*]

CUSTODIA SEQUESTRI FRUCTUUM ECCLESIE DE KUMETON.—

J. dei gracia etc. dilecto filio . . . Decano de Andevere salutem [etc.]. Quia custodiam sequestri in fructibus et proventibus ecclesie de Kemeton nostre diocesis vacantis auctoritate nostra nuper interposita dilecto filio domino Johanni dicto Focik clerico concessimus graciose vobis mandamus quod eidem domino J. vel Petro de Paulesholte procuratori suo hujusmodi sequestri custodiam pacificam permittatis habere quousque super hoc aliud a nobis recipias in mandatis. Data apud Wolveseye Idus Februarii. Anno predicto.

[*February 27. Visitation of the Abbess and Convent of Wherwell. Several points to be corrected which he leaves to their discretion.*]

VISITACIO ABBATISSE ET CONVENTUS DE WHEREWELL.—J. dei gracia etc. dilecte filie . . . Abbatisse de Wherewell salutem [etc.]. Vos et ecclesiam vestram tam in capite quam in membris nuper ex officii nostri debito visitantes quedam invenimus correctione digna, que volentes vobis graciam facere specialem vestre discretioni relinquimus corrigenda, ea videlicet que inferius annotantur. In primis quod silentium melius decetero custodiatur. Item adhibeatur diligentior cura temporalibus et suspecti ministri et inutiles ammoveantur. Item restituatur oportunis loco et tempore vestitura debita dominabus. Item audiantur compoti quolibet anno et status domus singulis annis Conventui declaretur. Item corripiantur juniores domine per majores modo debito et honesto non nimis acriter nec nimis leviter sed mediocriter prout vestre discretioni videbitur expedire. Item puniantur bene seculares tam sorores quam alii quicunque fuerint dominabus religiosis male et proterve respondentes, et precipue rixas et contenciones inter dominas seminantes. Item de pitancia dominabus et servientibus vestris a velanda domina vel in velacione domine decetero distribuenda hoc in virtute obediencie faciatis specialiter observari ne quisquam secularis plus quam domina religiosa recipiat de eadem cum secularibus satis sufficere debeat quod Religiosis sufficit in hac parte, et hoc sub pena excommunicacionis, quam petens et recipiens ipso incurrat. Sane quia ex clamosa insinuacione tam regularium quam secularium didicimus quod quedam consuetudo in monasterio vestro inolevit videlicet cum aliqua domina vestre religioni professa primo legere cepit in pulpito certa pecunie quantitas sive pitancia exigitur ab eadem. Nos hujusmodi consuetudinem certis et legitimis de causis reprobantes, vobis ut supra inhibemus ne eam decetero permittatis aliqualiter observari. Vos igitur in premissis corrigendis taliter vos habentes ne de ipsis vel eorum aliquo ob vestri defectum vel negligentiam clamor ad nos

decetero perveniat iteratus. Data apud Wolveseye iij. Kalendas Martii. Anno Domini m. ccc^mo^ primo.

[*February 21. The Bishop having lately visited the Abbey of Romsey comments severely on the lack of discipline which he had noticed in the conduct of the internal and external affairs of the Monastery. The penalty of the greater excommunication is threatened against the Abbess unless these faults be promptly corrected.*]

VISITACIO ABBATISSE ET CONVENTUS DE ROMESEIE.—Johannes dei gracia etc. dilectis filiabus Abbatisse et Conventui de Romeseie salutem [etc.]. Nuper vos et monasterium vestrum tam in capite quam in membris prout nostro incumbit officio visitantes quedam invenimus ibidem corrigenda, que reformari et decetero observari sub hoc forma volumus et mandamus. In primis cum in ultima visitatione facta ibidem statuimus et precepimus quod compotus bis in anno redderetur et in fine cujuslibet compoti status domus per auditores ejusdem Conventui vel saltim senioribus de Conventu declararetur, quod in presenti visitacione invenimus omnino pretermissum; statuimus et precipimus sub pena excommunicacionis quod hujusmodi compotus decetero singulis annis semel reddatur et in fine ejusdem status domus vestre coram toto Conventu in Capitulo declaretur. Item statuimus et precipimus sub pena predicta quod Conventus citius solito levet, et matutinas ac ceteras horas suas congruis horis diei psallant, ita quod magna missa semper ante nonam celebretur. Inhibentes omnibus capellanis vestris sub pena suspensionis ne quis eorum decetero post nonam celebrare presumat, sed tali hora missam incipiat quod citra horam nonam celebrare valeat. Item precipimus et statuimus quod in receptione et distribucione reddituum debitorum Conventui adjungantur Priorisse de consensu majoris et sanioris partis totius conventus due de potentioribus et discretioribus dominabus quarum consilio predicti redditus recepti inter dominas distribuantur et etiam more solito expendantur. Item precipimus et statuimus in virtute obediencie et sub pena excommunicacionis quod omnes [Fo. 32b.] pitancie debite et | consuete prout solebant distribui inter dominas absque ulla diminucione decetero debitis terminis distribuantur, et specialiter ille quas invenimus subtractas, una videlicet de sex denariis que debetur cuilibet domine per annum in festo Sancti Martini et alia de sex denariis que similiter debetur cuilibet domine cum sanguinem imminuit. Item precipimus in virtute obedientie ut ostia claustri et dormitorii artius et melius decetero custodiantur et claudantur. Item cum ex mala custodia communis sigilli unde multa mala domui vestre hactenus evenerunt prout ex facti experiencia jam didicimus et etiam evenire poterunt in futurum nisi

salubre remedium apponatur, vobis in virtute sacre obediencie et sub pena excommunicacionis precipimus quod ad custodiam dicti sigilli tres ad minus de discretioribus dominabus per vos . . . Abbatissam et majorem et saniorem partem Conventus deputentur et cum aliqua littera dicto sigillo fuerit consignanda in Capitulo coram toto Conventu lingua intelligibili omnibus dominabus publice distincte et aperte legatur et exprimatur, et postmodum consignetur in eodem capitulo non in angulis nec secrete sicut hactenus fieri consuevit, et consignata iterum ut prius legatur ut sic quod omnes tangit ab omnibus approbetur, quo facto sigillum vestrum predictum sub custodia predicta ibidem reponatur. Item familiam inutilem superfluam rixosam et incontinentem et dominabus conviciantem infra mensem a receptione presentium in virtute obediencie ut tranquillitati vestre provideatur precipimus ammoveri et precipue Johannem Charke qui plurimum diffamatur de male et contumeliose loquendo et respondendo dominabus, nisi taliter se correxerit quod ad nos de hujusmodi querimonia non perveniat iterata. Item precipimus sub pena predicta ne bone consuetudines et curialitates hactenus observate inter dominas ut de panetaria pincernaria et pistrino decetero aliqualiter subtrahantur, set de die in dies prout decet in melius conserventur. Item inhibemus vobis omnibus et singulis in virtute sacre obediencie et sub pena excommunicacionis majoris ne aliqua vestrum decetero in villa de Romeseie cum quacunque persona religiosa vel seculari comedat bibat aliqualiter vel pernoctet, vobisque domine . . . Abbatisse sub pena excommunicacionis majoris inhibemus ne cuiquam domine religiose contra premissa licenciam concedatis. Item vobis . . . domine Abbatisse inhibemus in virtute obedientie et sub pena excommunicacionis majoris ne decetero corredia aliqua vendatis vel pensiones aliquas concedatis nostro irrequisito consilio et assensu. Item sub eadem forma vobis inhibemus et potestatem interdicimus per presentes ne bona monasterii vestri immobilia et precipue illas novem acras terre cum quodam prato que ad manus vestras de novo pervenerunt aliqualiter alienetis ad firmam detis nisi in hoc vestri monasterii vertatur major utilitas et totius Conventus vestri intercedat expressa voluntas pariter et assensus. Volumus etiam et precipimus sub pena predicta hec omnia legi et recitari in Capitulo coram toto Conventu adminus semel in mense quousque omnia predicta secundum quod expedit fueritis execute. Data apud Wolveseye die Mercurii proximo ante festum Sancti Petri in Cathedra. Anno domini m°. ccc^mo^. primo.

[*March 24. The Bishop as founder of the Chapel of St. Elizabeth of Hungary situated in St. Stephen's meadow opposite the gate of his Castle of Wolvesey here sets forth the particulars of its institution and the statutes by which he wills that it should be ordered. Elizabeth, daughter of King Andrew II of Hungary, was married in her youth to Ludwig, landgrave of Thuringia, who died during the Crusade of 1227. Elizabeth's subsequent hardships, austerities, unbounded charity and saintly life caused her to be canonized by Pope Gregory IX in 1235, four years after her death. The foundation established in her honour by the Bishop was for seven Chaplains, one of whom should be chosen by the Bishop as Provost and six clerks in Holy Orders with six 'little clerks'. Details of their mode of life, behaviour, habit, and conduct of Divine Service are very fully laid down. Accounts are to be duly rendered, and provision is made in case of negligence or wilful mismanagement by the Provost. The Bishop and his successors are to retain one copy of these statutes, the Provost and his brother-Chaplains the other.*[1] *The College was valued at the dissolution at £112 17s. 4d.* per ann. *and granted, 35 Hen. VIII, to Thomas Lord Wriothesley, who sold the site to Winchester College for £360.*]

ORDINACIO CAPELLE SANCTE ELIZABETH.—In dei nomine Amen. Noverint universi presentes et futuri quod nos Johannes de Pontisara permissione divina Wintoniensis ecclesie minister Fundator capelle Sancte Elizabeth filie quondam Regis Hungarie fundate in prato nostro quod est ante portam castri nostri de Wolveseie quod vocatur pratum Sancti Stephani invocata Spiritus Sancti gracia disponimus, statuimus et ordinamus in dicta capella tria construere altaria, majus videlicet de Sancta Elizabeth et duo minora collateralia, unum de Sancto Stephano et Sancto Laurencio martiribus et aliud de Sancto Edmundo Rege et beato Thoma Cantuariensi Archiepiscopo martiribus ac etiam septem ponere Capellanos cum sex clericis in sacris ordinibus constitutis quorum tres sint diaconi et tres subdiaconi imperpetuum pro vivis et defunctis divina celebraturos et viventes sub modo et forma inferius annotatis.[2] De quibus septem capellanis unus in prepositum per nos Wintoniensem Episcopum vel successorem nostrum qui pro tempore fuerit preficiatur. Cui tanquam presidenti ceteri intendant et obediant reverenter. Quo quidem preposito cedente vel in fata decedente Episcopus Wintoniensis qui pro tempore fuerit vel ejus locum tenens alium in prepositum preficiat sine mora personalem residentiam in eadem Capella ac etiam continuam facturum nisi pro negociis dicte capelle sive domus procurandis et expediendis necesse fuerit ipsum absentari. Similiter cum contigerit aliquem de predictis sex capellanis vel clericis alias beneficiari aliquo beneficio propter quod in dicta capella residere non possit, seu mori aut etiam aliquo alio modo recedere, volumus et ordinamus quod Episcopus Wintoniensis vel ejus locum

[1] A copy drawn from an 'inspeximus' Charter of Edward II is printed in Dugdale's *Monasticon* (Cayley's edn.) vi, p. 1339.

[2] 'injuncta,' *Dugd.*

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
3 0112 126331955

Surrey Record Society.

Founded 1913.

PRESIDENT.

THE RIGHT HONOURABLE LORD FARRER.

VICE-PRESIDENTS.

THE RIGHT HONOURABLE SIR FREDERICK POLLOCK, BART., LL.D., F.S.A.

R. A. ROBERTS, ESQ.

HONORARY TREASURER.

P. WOODS, ESQ., C.B.

HONORARY EDITOR.

M. S. GIUSEPPI, ESQ., F.S.A.

HONORARY SECRETARY.

HILARY JENKINSON, ESQ., F.S.A.

OTHER MEMBERS OF THE COUNCIL.

A. RIDLEY BAX, ESQ., F.S.A.

SIR E. W. BRABROOK, C.B., F.S.A.

SIR C. E. H. CHADWYCK-HEALEY, K.C.B., K.C., F.S.A.

THE REV. J. KESTELL FLOYER, F.S.A.

HENRY LAMBERT, ESQ., C.B.

H. E. MALDEN, ESQ.

WILLIAM MINET, ESQ., F.S.A.

EDMUND WARD OLIVER, ESQ.

R. GARRAWAY RICE, ESQ., F.S.A.

The Annual Subscription to the Society is Ten Shillings, due in January, with an Entrance Fee of Ten Shillings. All communications should be addressed to the Hon. Secretary at—

29, CHEYNE ROW,

CHELSEA, S.W.